



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

BR

65

B36G7

UC-NRLF



\$B 43 257

15662 2A



EX LIBRIS

27  
1871

UNIVERSITY OF CALIFORNIA

DE

**BASILIO, GREGORIO NAZIANZENO  
NYSSENOQVE  
PLATONIS IMITATORIBVS.**

DISSERTATIO INAVGVRALIS  
QVAM  
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS  
CONSENSV ET AVCTORITATE  
IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA  
AD  
SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES  
RITE CAPESSENDOS  
SCRIPSIT  
**CAROLVS GRONAV**  
BRVNSVICENSIS.



GOTTINGAE  
OFFICINA HOFERIANA TYPIS EXPRESSIT.  
MCMVIII.

TO VIBU  
ABSOLUO

11065  
R 657

EXCHANGE


De dissertatione probanda ad ordinem philos. rettulerunt  
Ed. Schwartz et F. Leo.

Examen rigorosum habitum est a. d. III. kal. **Maias**  
**MCMVIII.**

111  
PARENTIBVS OPTIMIS

S.

676627



Ut patres, qui ante Basilium, Gregorium Nazianzenum Nyssenumque fuerunt, in dogmatis rationibusque comprobandis Platonis imprimis usi erant sententiis, cum minime abhorrerent a Christianorum doctrinis, sic tres illos Cappadocios qui nominantur episcopos multa Platoni debere hoc opusculo demonstrare mihi proposui.

Plane quidem apertum est Platonis sententiis eos maxime usos esse iis locis, quibus de Christianorum rationibus vel similibus disputabant. Sed Basilii multo magis intererat instituta atque cultus ecclesiae constituere, quam eius dogmata probare vel explanare; Nazianzenus autem artem rhetoricam et eloquentiam pluris aestimabat quam ea, quae ad philosophiam ipsam pertinent. Quibus de causis apud Basilium duobus libris exceptis, illo, qui ‚Hexaameron’ inscribitur (Migne, Patr. Graec. vol. 29 Bas. op. I p. 1.—208.) illoque, quo de libris gentilium agit (III, 564 seq.), nihil fere exstat, quod ad Platonem aliosve redit philosophos, et Nazianzenus magis singulis Platonis utitur verbis et vocibus quam illius sententiis, quae tamen imprimis in orationibus theologicis (II, 11—172) inveniuntur. Maxime vero Nyssenus Platonis utebatur sententiis; sed cum sollertis esset ingenii, non solum eius aliorumque philosophorum rationibus nitebatur, sed acerrimis etiam sententiis has ipsas, quibus modo pro armis usus erat, refutabat rationes, quando ab ecclesiae dogmatis abhorrebant: veritas enim ei sola inerat in iis doctrinis, quibus rationes Christianae facilius comprehendi possent, ut ipse III, 106 C ait. Quo factum est, ut Platonis imprimis



sententias in usum suum convérteret; sed ut apud Nyssenem, sic etiam etsi rarius apud Basilium et Nazianzenum ceterorum omnium fere philosophorum et nomina et summae saltem sententiae commemorata sunt. Platoniorum autem ne nominis quidem mentio fit.

Quam ob rem, antequam exposuissem, quae ex Platonis dialogis sumpsissent Basilium et uterque Gregorius, demonstrandum mihi esse videbatur, quae ratio interesset inter Platonicos qui nominantur recentiores et illos episcopos.

In libro contra Eunomium Cyzici episcopum scripto (II, 243 seq.) Gregorius Nyssenus identidem illi opprobrio dat, quod doctrinas suas comprobaverit sententiis atque rationibus, quas ex Platone et Aristotele, ex Stoicis et Epicuro nec minus ex Philone Iudaeo sumpserit. Sed ut ex eo, quod illorum philosophorum rationibus Eunomium usum esse dicit, eum ipsum hos philosophos legisse vel certe novisse iam colligi potest, sic Gregorius multa his ipsis debet philosophis, excepto quidem Epicuro, quem semper impugnat.<sup>1)</sup> Offendit sane, quod Gregorius omnibus fere veteribus philosophis usque ad Platonicos enumeratis Eunomium non obiurgat, quod etiam Platoniorum, Plotini vel Porphyrii sententias in usum suum converterit, praesertim cum episcopi inimico essent animo in Platonicos eoque facilius Eunomio id opprobrio dari posset. Praeterea autem neque in libris contra Eunomium neque usquam in operibus suis Plotini vel Porphyrii vel aliorum Platoniorum mentionem habet, neque quicquam apud eum exstat, quod ad Platonicos ipsos referri possit.

<sup>1)</sup> Aristotelem ipsum, cuius doctrinae ut nefariae a catholicis eo tempore damnabantur, prorsus non contemnebat. Exempli gratia multis locis III, 353 B 12 seq. — I, 697 C 11 seq. — I, 972 A 7 seq. — Aristotelis exponit de virtute sententias, ut medium quoddam sit inter duo mala.

Eodem modo et Basilius et Gregorius Nazianzenus, quamquam alios philosophos saepissime nominant eorumque rationibus interdum utuntur, ne nominis quidem Plotini mentionem faciunt, et solus Nazianzenus uno loco (vol. 35; — I, 717 B) Porphyrii nomen commemorat, vel potius eius quindecim adversus Christianam doctrinam libros ut mendaciis et ineptiis plenos.

Compluribus locis Nazianzenus omnes fere Graecorum philosophos enumerat, Platonicos autem omittit. Sic I, 780 B seq. de Caesario fratre mortuo suos consolans *μη πενθῶμεν*, inquit, . . . *σκοπῶμεν δὲ οὕτως . . . οὐ φιλοσοφῆσει* (Caesarius) *τὰ Ἱπποκράτους καὶ Γαληνοῦ καὶ τῶν ἀντιθέτων ἐκείνοις; ἀλλ' οὐδὲ κακοπαθήσει νόσοις. . . . οὐκ ἀποδείξει τὰ Εὐκλείδου καὶ Πτολεμαίου καὶ Ἡρώνος; ἀλλ' οὐδὲ ἀλήσει τοῖς ἀπαιδεύτοις γυνῶσι μείζονα. Οὐ καλλωπιεῖται τοῖς Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους καὶ Πυρόρωνος καὶ Δημοκρίτοις δὴ τισι καὶ Ἡρακλείτοις καὶ Ἀναξαγόραις, Κλεάνθαις τε καὶ Ἐπικούροις, καὶ οὐκ οἷδ' οἷσινισι τῶν ἐκ τῆς σεμνῆς Στοᾶς καὶ Ἀκαδημίας; ἀλλ' οὐδὲ φροντίζει ὅπως διαλύσῃ τούτων τὰς πιθανότητας.*

Horum igitur virorum doctrinis Caesarius Alexandriae, qua in urbe mathematicae maxime et medicinae arti studebat (Greg. Naz. I, 761 seq.), operam dedisse videtur. Sed in philosophorum qui afferuntur numero Platonici non sunt, neque ex verbis: *οὐκ οἷδ' οἷσινισι τῶν . . . ἐκ τῆς Ἀκαδημίας* quicquam effici potest.

Eosdem aliosque philosophos I, 596 seq. et II, 24 B enumerat. I, 568 A 10 iratus exclamat: *ταῦτα Πλάτωνος αὐτόν* (Julianum) *καὶ Χρῦσιπποι καὶ ὁ λαμπρὸς Περίπατος καὶ ἡ σεμνὴ Στοᾶ καὶ οἱ τὰ κομρὰ λαρυγγίζοντες ἐξεπαίδευσαν. ταῦτα ἢ τῆς γεωμετρίας ἰσότης* (his verbis manifeste respicit Gregorius ad Plat. Gorg. 508 A: *ἡ ἰσότης ἢ γεωμετρικὴ*) *καὶ οἱ περὶ δικαιοσύνης λόγοι* (quos Socrates in Gorgia habet cum Polo et Callicle), *καὶ τὸ χρῆναι ἀδικεῖσθαι μᾶλλον αἰρεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν*

(cf. Gorg. 469 C: ... *έλοίμην ἄν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν* ... cf. pag. 69). *Τὰντα οἱ γενναῖοι διδύσκαλοι καὶ τῆς βασιλείας συναγωνισαί . . . οἷς ἐκ τῶν τριόδων καὶ τῶν βαράθρων ἐναντιῶ συνελέξατο . . .*

Obiurgat igitur Nazianzenus his verbis Julianum, quod „Platonēs et Chrysippos“ magistros et imperii defensores ex triviis sibi collegerit. Verbo autem „Platonēs“ eum non tam ad eos respicere philosophos, qui Platonis docebant rationes, quam ad ipsum Platonem ex eo apparet, quod ipsius Platonis affert e Gorgia sententias. Sed quamquam etiam cogitari debet de Platonis, quorum sententiis Julianus contra Christianos utebatur, tamen ex his colligi non potest, utrum Gregorius eorum accuratius noverit doctrinas an non.

Praeterea cf. III, 1188 v. 303 seq. — III, 684 v. 42 seq. — quibus locis multi commemorantur philosophi, Platonis vero mentio non fit.

Sed pergamus. Nonnullis locis, etsi perraro, afferri videntur Platonis doctrinae, quae indicantur verbis velut: *οἱ Ἕλληνας, οἱ ἔξωθεν* al. Sed hae sententiae ut nunquam Platonis ipsorum sunt, sic etiam apud alios exstant philosophos vel eo tempore perusitatae fuisse videntur.

Pauca afferam exempla. III, 192 A 8 Nazianzenus verbis, quae sunt: *κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν ἀνακύκλωσιν*, ad opinionem eorum alludit, qui temporum quodam circuitu eadem putabant semper renovari in rerum natura atque ita deinceps fore sine cessatione. Quam sententiam interpretes quidam, nomine Billius, Platonis fuisse dicit et Augustini locum affert de civ. dei X 30: *‘falso quibusdam est Platonis creditus quasi necessarius orbis ille ab iisdem abeundi et ad eadem revertendi’*. Necessarium autem hunc orbem eos putare scholiasta deinde exponit, ne quando, cum certus esset animarum numerus a deo in principio creatus, homines deessent, qui terram incolerent.

Fuit igitur haec Platoniorum opinio — cf. Plot. Ennead IV, 3,12: . . . τὸ πᾶν . . . κατὰ λόγους ἀεὶ ἐσιτηκότας ἐν χρόνοις περαινόμενον καὶ κατὰ χρόνους ἀεὶ εἰς τὸ αὐτὸ καθιστάμενον ἐν μέτροις βίων ὠριμένων . . . τούτων δὲ περαινόμενων . . . ἐν τε καθόδοις ψυχῶν καὶ ἀνόδοις καὶ εἰς τὰ ἄλλα σύμπαντα . . . cf. etiam IV, 4,9 etc.

Sed sumpserunt Platonici hanc sententiam ex Platone, qui omnes animas a deo in principio simul creatas esse putabat — cf. Tim. 41 D. — Idem animas una cum deis circuitos quosdam facere exponit in Phaedro inde a pag. 246. — 246 B: ,πάντα, inquit, ,οὐρανὸν περιπολεῖ, ἄλλοι' ἐν ἄλλοις εἶδεσι γιγνομένη (ψυχή)'. Tali in circuitu aliae animae veritatem et iustitiam quin ipsos deos aspicere possunt . . . ,ἕως ἂν κίκλω ἢ περιφορὰ εἰς ταῦτόν περιενέγκῃ' (247 D) — aliae vero ex circuitu propter peccata elapsae usque ad alium circuitum — μέχρι τῆς ἐτέρας περιόδου — in corpora transeunt poenasque solvunt. Ad hanc sententiam Plato etiam alludit in Politico 272 D/E: ,ἐπειδὴ . . . πάντων . . . χρόνος ἐτελεώθη καὶ μεταβολὴν ἔδει γίνεσθαι καὶ δὴ καὶ τὸ γήινον ἤδη πᾶν ἀνήλωτο γένος, πάσας ἐκάστης τῆς ψυχῆς τὰς γενέσεις ἀποδεδωκυίας, ὅσα ἦν ἐκάστη προσιαχθέν . . . τότε δὴ τοῦ παντὸς ὁ . . . κυβερνήτης . . . εἰς τὴν αὐτοῦ περιωπὴν ἀπέσιη, τὸν δὲ δὴ κόσμον πάλιν ἀνέστρεψεν εἰμαρμένη . . .' Qua quoque in disputatione 269 E Plato verbo utitur, quod est ,ἀνακύκλωσις'.

Quae cum ita sint, nemo affirmare potest verbis illis ,κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν ἀνακύκλωσιν' Platonicos significatos esse, quamquam verisimile est Gregorium non ignorasse Platoniorum etiam hanc fuisse sententiam.

Eodem modo Platonis simul et Platoniorum aliorumque philosophorum est doctrina, quam III 184 B 4 Nazianzenus exponit. Quo enim loco: ,θεότης', inquit ,μετὰ σαρκὸς μόνης οὐκ ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐδὲ ψυχῆς μόνης,

οὐδὲ ἀμφοτέρων χωρὶς τοῦ νοῦ, ὃ καὶ μᾶλλον ἀνθρώπος. Quibus in verbis duae insunt sententiae: altera, qua homo constare dicitur ex corpore, anima menteque, altera, qua homo sola mente definitur. Utraque sententia redit ad Platonem, qui non solum hominem constare dicit ex corpore et anima, animamque rursus dividit in rationalem et irrationalem partem (cf. Tim. 69 C seq. al. loc. — Aristoteles quoque huic assentiebatur sententiae), sed etiam rationali animae parti praecipue substantiam ascribendam esse affirmat (de leg. XII, 959 seq — III 691 C — quem ad locum Cicero alludere videtur in som. Scip. 8: „Nec enim is es, quem forma ista declarat; sed mens cuiusque is est quisque, non ea figura, quae digito demonstrari potest“). Immo Nemesius in pag. 36 (ed. Matth.) *τινὲς μὲν*, inquit, *ᾧ ἐστὶ καὶ Πλωτῖνος, ἄλλην εἶναι τὴν ψυχὴν καὶ ἄλλον τὸν νοῦν δογματιζόντες ἐκ τριῶν ἰὸν ἀνθρώπον συνεστάναι βούλονται. Πλάτων δὲ οὐ δοκεῖ λέγειν τὸν ἀνθρώπον εἶναι τὸ συναμφοτέρον, ψυχὴν καὶ σῶμα, ἀλλὰ ψυχὴν σώματι τοιῶδε χρωμένην . . .* Quae Nemesii sententia redit ad dialogos quosdam, qui falso Platonis esse feruntur —: Axioch. 365 E: *ἡμεῖς μὲν γάρ ἐσμεν ψυχὴ ζῶον ἀθάνατον ἐν θνητῷ καθειργμένον φρουρίῳ* et Alcib. 129 E seq. Cf. 130 A: *ἢ οὐκ ἄλλο τι χρῆται αὐτῷ (σώματι) ἢ ψυχῇ; οὐκ ἄλλο . . .* 130 C: *ἐπειδὴ . . . οὔτε σῶμα οὔτε τὸ συναμφοτέρον ἐστὶν ἀνθρώπος, λείπεται, οἶμαι, ἢ μηδὲν αὐτῷ εἶναι, ἢ εἴπερ τί ἐστὶ μηδὲν ἄλλο τὸν ἀνθρώπον συμβαίνειν ἢ ψυχῇ*. Ad haec verba Plotinus quoque alludit: I, 1,3: *χρωμένη (ψυχῇ) μὲν οἶν σώματι οἷα ὄργανον* — sim. VI, 7,5 Platonem nominans. — I, 1, 10 — I, 1,13 *ἡμεῖς ἢ ψυχῇ*.

Quodsi Nemesius (l. c.) Plotinum putasse dicit hominem ex tribus constare, hanc sententiam Platoni quoque maximeque Aristoteli ascribi posse iam commemoravimus. Apollinaris Syrus illa sententia expla-

nare volebat dogma, quod est de trinitate, et Nyssenus in libro contra Apollinarem eam longe a sua distare negat: II, 1140 A; 1233 C etc. — Nazianzenus omnino assentitur huic doctrinae: III, 465, v. 2:

... ἐκ τριῶν συγκειμένην (sc. ἴσμεν ἀνθρώπου φύσιν)

ψυχῆς τε καὶ νοῦ καὶ πάχους τοῦ σώματος.

Cf. Bas. III, 204 A 9.

Pergamus. Nonnullae praeterea apud Basilium, Gregorium Nazianzenum Nyssenumque exstant sententiae, quae primo ad aspectu Platonicorum fuisse videntur. Sed omnes istae sententiae aut redeunt ad Philonem Iudaeum, quem noverant tres illi episcopi<sup>1)</sup>, aut apud patres qui antea fuerunt — Origenem imprimis — iam exstant ex iisque ad sententiam vulgarem permanarunt.

Nyssenus multis locis deum primum creasse dicit mundum eum, qui sola mente percipi possit — quam sententiam nusquam patres tam accurate exposuerunt. In principio, id est ante omne tempus, deus omnium rerum occasiones causas potestatesque momento ac sine ullo temporis spatio fecit (cf. III, 124 seq. I, 70 seq. — imprimis I, 72 A seq. B 5: πάντων τῶν ὄντων τὰς

---

<sup>1)</sup> Basilium Philonis sententiam quandam affert IV, 700 C (ep. 190, 3 — cf. Phil. ed. Cohn-Wendland praef. p. CIV.) Praeterea: Phil. de op. mundi 149 et Bas. I, 80 B. 2. Denique alia, quae Bas. et Nyss. Philoni debent, Siegfried „Philo v. Alexandria“ Ien. 1875 p. 369 affert. — Nyssenus identidem Philonem laudat: II, 804 B Eunomio refutato ait: οὕτω . . . ἔστιν εὐρεῖν κείμενον παρὰ τῷ Ἑβραίῳ (Philonem sign.) τὸν λόγον τὸ ,ὁ Θεὸς πρὸ τῶν ἄλλων ὄσα γεννητά'. Quae verba ex libro quodam Philoni non servato sumpta esse videntur (neque Cohnio et Wendlandio editoribus, ut videtur, nota fuerunt). Praeterea II, 748 Philonem laudat — nec minus eum in libro de hom. opif. ad verbum fere exscripsit (Cf. Nyss. I, 135 A seq. et Phil. Iud. de opif. mundi 78 seq. 83 seq.). — Neque de Nazianzeno dubitari potest, quin Philonem noverit.

ἀφορμὰς καὶ τὰς αἰτίας καὶ τὰς δυνάμεις συλλήβδην ὁ θεὸς ἐν ἀκαρεῖ κατεβάλλετο etc.). Ea vero, quae sensibus percipiuntur ex hoc mundo sensibus non subiecto exstiterunt et apparuerunt: I, 72 B (paulo infra ea supra c. verba): τῇ δὲ συγκαιαβληθεῖσῃ δυνάμει τε καὶ σοφίᾳ πρὸς τὴν τελείωσιν ἐκάστου τῶν μορίων τοῦ κόσμου εἰρμός τις ἀναγκαῖος κατὰ τινὰ τάξιν ἐπηκολούθησεν etc.“ Immo hunc mundum visibilem ab angelis factum esse dicit II. 28 A: ἔπει οὖν τῆς νοητῆς κτίσεως προϋποστάσης<sup>1)</sup> καὶ ἐκάστης τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων πρὸς τὴν τοῦ πανιὸς σύστασιν ἐνεργείας τινὸς παρὰ τῆς τῶν πάντων ἐπιστατούσης ἐξουσίας προσνεμηθείσης, ἣν τις δύναμις ἢ τὸν περιγίειον τόπον συνέχειν τε καὶ περικρατεῖν τεταγμένη· εἰς αὐτὸ τοῦτο δυναμωθεῖσα παρὰ τῆς τοῦ πᾶν οἰκονομούσης δυνάμεως. εἶτα κατεσκευάσθη τὸ γήινον πλάσμα τῆς ἄνω δυνάμεως ἀπεικόνισμα<sup>2)</sup>.

Eodem modo mundum a deo procreatum esse Philo Iudaeus exponit. Deum enim primum secundum Platonis Timaeum (41 D seq.) eas fecisse narrat creaturas, quae intelligentia sola percipi possint. (Cf. Philo. de opif. mundi 16 seq. 20 seq.) Quas creaturas modo *ιδέας*, *δυνάμεις* vel *λόγους* appellat, modo vero *ἀγγέλους*, prout disputat ex philosophi vel theologi persona, iisque ut suis ministris deus mundum fingendum dat (cf. Zeller. III, 2<sup>4</sup> p. 409 seq.)<sup>3)</sup>.

Deum ipsum summum bonum et virtutem ipsam esse Philo dicit: II, 263, 30: *μόνων ἀγαθῶν ἐστὶν ὁ*

<sup>1)</sup> Naz. quoque II, 320 C seq. I. 737 B seq. *ἀγγελικὰς δυνάμεις* primas a deo factas esse dicit — Bas. I, 13 A seq. IV, 136 A — Quae sententia pervulgata fuit. Cf. Orig. de princ. II c. IX seq. — quo loco angelos — *νοεράς οὐσίας* — primos a deo creatos esse exponit.

<sup>2)</sup> Angelos praeterea episcopi illi putant circa deum agitare choros; quae sententia in ipsa Christianorum doctrina am usitata fuit, priusquam ex Platone (cf. Phaedr. 250 B *σὺν*

θεὸς αἴτιος, κακοῦ δὲ οὐδενὸς τὸ παράπαν, ἐπειδὴ καὶ τὸ πρεσβύτατον τῶν ὄντων καὶ τελειότατον ἀγαθὸν αὐτὸς ἦν'. Immo pulcherrimum et praestantissimum bonum est: I, 2, 20: ,κρείττων ἢ ἀρετὴ καὶ κρείττων . . . ἢ αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν καὶ αὐτὸ τὸ καλόν. Cf. V., 344, 17.

Praeterea soli deo ut summo bono essentia obvenit. Malum contra, cum nihil aliud sit nisi boni privatio, (σιέρησις ἀγαθοῦ) omnino non consistit — μὴ ὄν est — Cf. Zeller. III, 2<sup>4</sup>, pag. 434 seq.

Iisdem perusitatis et a philosophis et patribus ecclesiasticis receptis sententiis tres illi episcopi identidem usi sunt. Deum ipsum τὸ κυρίως καὶ πρῶτως ὄν (Nyss. II, 80 D — sim. Naz. II, 120 C seq.) vel τὸ ἐξοχώτατον ἀγαθόν (Nyss. I, 161 C 2) vel ἐπέκεινα παντὸς ἀγαθοῦ (Nyss. III, 93 A 10 — Bas. I, 368 B — 216 B) esse docent; malo autem cum boni sit privatio nullam subsistentiam ascribunt (Nyss. II, 24 seq. — 28 C; 32 C. Naz. II, 424 A — Bas. III. 341 B —) Nyss. III, 93 A 10 ait: , . . . παντὸς ἀγαθοῦ ἐπέκεινα ἢ θεία φύσις . . . , ἢ κακία μόνη . . . εἰ καὶν παράδοξον εἶπεῖν, ἐν τῷ μὴ εἶναι τὸ εἶναι ἔχει· οὐ γὰρ ἄλλη τις ἐστὶ κακίας γένεσις, εἰ μὴ τοῦ ὄντος σιέρησις· τὸ δὲ κυρίως ὄν ἢ τοῦ ἀγαθοῦ φύσις ἐστίν'. Vel II, 32 C 9: , . . . πονηρία . . . πᾶσα ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ σιέρησει χαρακτηρίζεται οὐ καθ' αὐτήν οὐσα, οὐδὲ καθ' ὑπόστασιν θεωρουμένη . . . τὸ δὲ μὴ ὄν οὐχ ὑφέστηκε. — 24 D: καθάπερ . . . ἡ ὄρασις φύσεώς ἐστι ἐνεργεια, ἣ δὲ πήρωσις σιέρησις τις τῆς φυσικῆς ἐνεργείας, οὕτως καὶ ἡ ἀρετὴ πρὸς τὴν κακίαν ἀνθέστηκεν. οὐ γὰρ ἐστὶν ἄλλην κακίας γένεσιν ἐννοῆσαι ἢ ἀρετῆς ἀπουσίαν'. Praeterea Bas. III, 341 B 14: σιέρησις γὰρ

εὐδαιμονοιοῦσα) ad Platonicos permanavit. Cf. Plot. Enn. I, 8, 2 — aliaque, quae A. Jahn „Bas. plotinizans“ p. 19; 43 et Gottwald „De Gregorio Naz. platonico“, Diss. Vratisl. 1906, p. 47 seq. afferunt. Naz. II, 72 B; 320 C; 629 C; Bas. IV, 140 illam sententiam coniungit cum Isa. VI, 3.



ἀγαθοῦ ἐστὶ τὸ κακόν . . . ὀφθαλμὸς ἐκτίσθη, τυφλοῦτος δὲ τῆ ἀπωλείᾳ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπεγένετο. ὥστε εἰ μὴ ἦν φαρτῆς φύσεως ὁ ὀφθαλμὸς, οὐκ ἂν ἔσχεν ἡ τυφλότης παρῆσθυσιν. οὕτω καὶ τὸ κακόν οὐκ ἐν ἰδίᾳ ὑπάρξει ἐστὶν, ἀλλὰ τοῖς τῆς ψυχῆς πηρώμασιν ἐπιγίνεται'.

Quibus cum verbis similia haec Plotini comparanda sunt: Enn. I, 8, 11: ἡ ἐναντία τῷ εἶδει πανὶ φύσις σιέρησις. σιέρησις δὲ αἰεὶ ἐν ἄλλῃ καὶ ἐπ' αὐτῆς οὐχ ὑπόσταςις. ὥστε τὸ κακόν εἰ ἐν στερήσει, ἐν τῷ ἐστερημένῳ εἶδους τὸ κακόν ἔσται . . . οὐδὲν . . . δεῖ ἄλλοθεν ζητεῖν τὸ κακόν, ἀλλὰ θέμενον ἐν ψυχῇ οὕτω θέσθαι ἀπουσίαν ἀγαθοῦ εἶναι'. Quae ad probanda Plotinus quoque imaginibus quibusdam utitur: I, 8, 5 paupertatem esse dicit privationem eorum, quibus egemus (πενία . . . σιέρησις ὧν ἐν χρεῖᾳ ἐσμέν) et deformitatem defectum quendam speciei — αἰσχροὺν γανταζόμεθα τῆ τοῦ εἶδους ἐλλείψει — cf. I, 8, 5; 9.

Illa vero de oculis imagine, quam Aristoteles primus adhibebat, Plotinus non utitur. Sed omisso hoc discrimine quamquam plane eadem est Plotini atque trium illorum episcoporum de malo sententia, tamen illis temporibus tantopere usitata atque certis verbis quasi formata fuisse videtur, ut eam ex Plotino ad Basilium et Gregorios permanasse minime sit probabile. Illae enim doctrinae ex Aristotelis de privatione rationibus ortae sunt. Is Categ. c. 8 de privatione disputans ait: ,σιέρησις δὲ καὶ ἕξις λέγεται μὲν περὶ ταῦτόν τι, οἶον ἡ ὄψις καὶ ἡ τυφλότης περὶ ὀφθαλμῶν' etc. . . . Metaph. IV c. 22: ,ἄνθρωπος ὁ τυφλὸς ὄψεως ἐστέρηται . . . ἡ γὰρ τυφλότης σιέρησις τις'. Cf. VIII, 1 — IX c. 4.

Praeterea in Axiocho dialogo, qui falso Platoni ascriptus est, eadem exstat sententia 369 E: ,. . . τῆ στερήσει τῶν ἀγαθῶν ἀντεισάγων κακῶν αἰσθησιν etc. . . . Origenis denique verba quaedam afferam. De princ. II, c. IX (Migne I, 227, A): „Certum est . . . malum esse bono carere —“ et paulo infra: „contrarium boni

... sine dubio malum est". Com. in Ioan., Migne IV, p. 136 B: *παντα η κακια ουδεν εστι, επει και ουκ ον τυγχανει* et al. loc.

Apparet igitur illas de malo, ut sit boni privatio et sine subsistentia quadam, sententias ipsorum Platoniorum non fuisse.

Antea iam illos episcopos una cum aliis philosophis et patribus putasse vidimus deum esse summum bonum quin etiam illud longe superare. Qua ex sententia Plotinus Enn. V, 2, 1: *ον γαρ*, inquit, *ιελειον* (sc. *το πρωτων* i. e. *νοις*) *τω μηδεν ζηκειν μηδε εχειν μηδε δεισθαι οϊον υπερερρονη και το υπερπληρες αυτου πεποιηκεν αλλο . . .* Quae ad Plotini verba Nazianzenus alludere videtur II, 76 C, quo loco sic ait: *ου . . . δε υπερχουσιν αγαθότητος* (sc. *θεου*) *ειπειν θαρροησομεν* (*ο των παρ' Ελλησι φιλοσοφησαντων ειπειν τις ετολμησεν οϊον κρατηρ τις υπερερρονη* σαφως ουτωςι λεγων εν οϊς περι πρωιου αιτιου και δευτερου φιλοσογει —). Scholiasta verba *οϊον κρατηρ τις υπερερρονη* Platoni tribuit, sed nusquam in Platonis scriptis exstant. Jahnius in annotatione huius loci (II, 805 ann. 2) cuiuspiam Platonici putat esse, qui hac imagine ex Platonis Timaeo (41 D) sumpta dei bonitatem superfluentem indicare voluerit. Sed quamquam dubitari non posse mihi videtur, quin illis verbis Nazianzenus Plotinum respiciat<sup>1)</sup>, tamen hac in re non offendimus, cum Nazianzenum virum satis litteratum fuisse constet.

Praeterea autem non modo solo hoc loco illorum episcoporum in operibus ad philosophum quendam Platonicum alluditur, sed etiam illis ex verbis Nazianzenum vel Nyssenum Basiliumque istas de deo sententias Plotino debuisse vel omnino eius rationibus usos esse colligi non potest.

Deum autem non solum omne bonum sed etiam

---

<sup>1)</sup> Procl. Inst. theol. c. 131 simillimis utitur verbis.

omnem essentiam superare illi putant. Quam sententiam inde a Platone (Rep. 509 B) pervagatam fuisse docet Jahnius in ann. ad Eliam Cret. Nazianzeni scholiastam (II, p. 803 ann. 7).

Pergamus igitur. Sicut Nyssenenum antea putasse vidimus ante omne tempus a deo eum mundum creatum esse, qui sola mente percipi potest, ita et naturam humanam ipsam et perfectam — τὸ τῆς ἀνθρώπου πύκνως πλήρωμα — in principio a deo factam esse censet. (I, 189 C; 204 C seq.; 185 B.)

Huius humanae naturae, quae eodem modo sola cogitatione ac mente intellegi possit, participes esse docet omnes homines, atque rem ita se habere hoc argumento esse, quod mens divinae naturae imago, pariter in omnibus habitat. Corpus vero et generis in homine discrimen, cuius natura universa iam creata sit, postea nobis propter peccatum<sup>1)</sup> extrinsecus superinducta atque addita esse existimat (I, 185 D; III, 61 B 6; III, 49B 6: ὅσπερον ἡμῶν ἐπιγιγνόμενα). Mens igitur hominis secundum hanc Gregorii sententiam prior facta est aliis animae facultatibus irrationalibus et ante corpus et hanc humanam vitam. Qua de causa humanam illam ante omne tempus creatam naturam Gregorius intellegi velle videtur omnium hominum mentes, praesertim cum et mentes et hanc humanam naturam universam sola cogitatione percipi posse dicat. Quae non conspirant cum iis, quae Nyssenenum postea (cf. p. 25) contra eos dicere videbimus, qui animam ante corpus factam esse docuerunt, imprimis contra Platonem. Sed nostrum hic non est, hanc discrepantiam dissolvere.<sup>2)</sup> Inde

<sup>1)</sup> Inde quod in principio non unius hominis peccatum fuisse Gregorius dicit, sed totius humanae naturae, cuius nos omnes participes sumus, omnes improbos esse edocet.

<sup>2)</sup> Cf. Rupp. „Leben u. Meinungen Gregors v. Nyssa“ p. 176 Ann. — Preger, Diss. Lips. 1897 „Grundlagen der Ethik Greg. v. p. 17 seq. — Harnack „Dogmengeschichte“ 1894<sup>3</sup> pars II p. 148.

autem factum mihi esse videtur, quod Gregorius in his de universa humana natura sententiis Origenem, maxime vero Philonem presse secutus est (cf. Heinze „Die Lehre vom Logos i. d. griech. Philos. 1872, p. 260 seq.). Philo enim deum eodem modo ante omne tempus universam humanam naturam singulos homines in se continentem creasse dicit (Phil. I p. 46 seq. Wdl. II, 142 seq. — Zeller III, 2<sup>4</sup> p. 438 seq.).

Quibus in doctrinis Philonem plane apparet Platonis de ideis sententias in usum suum convertisse, nam id, quod humanam naturam Philo et Gregorius nominant, Platonis est idea hominis, τὸ ἔν, quod multum quoddam in se continet. Quae accuratius exponere hic omittam; nam saepius his Platonis sententiis Gregorium utentem videbimus (cf. pag. 17 seq.), illisque locis plura afferam.

Etsi praeterea fortasse nonnulla apud Basilium et utrumque Gregorium exstant, quae cum Philonis aliorumve patrum et Platoniorum comparari possunt sententiis, tamen quae attuli satis fuisse putavi, quibus demonstrarem nullam illorum episcoporum in operibus inesse sententiam, quae ad ipsos rediret Platonicos. Quos ab eis lectos esse sane verisimile est; sed ipsorum illorum sententiis non utebantur. Quibuscum optime quadrat, quod nusquam Platoniorum mentionem habent.

Primus ex patrum ecclesiasticorum numero Plotinum aliosque Platonicos commemorat Nemesius Emesae episcopus (c. a. 390). Sed ne is quidem eorum usus est doctrinis; sed cum compendium quoddam philosophiae conscriberet, Platoniorum rationes silentio praeterire non potuit. Tamen Platonem vicies ter — Aristotelem totidem locis citat et saepissime nominibus omissis eorum affert sententias, Plotinum vero semel tantum commemorat (cf. pag. 6) quibus ex verbis eum Plotinum accuratius legisse effici non potest. Porphyrium ter commemorat, duobus locis, quibus per ironiam dicit

Porphyrium quoque assentiri illi sententiae, quam modo exposuerit, tertio loco una cum aliis Platoniceis (Numenio, Cronio, Jamblichio) quorum sententias de animarum migratione ex Platone sumptas affert.<sup>1)</sup> Sed neque hi neque illi loci, et perpauci sunt, quibus praeterea fortasse Platoniceorum respiciuntur rationes, si fidem habemus Domanskio — „Beiträge zur Gesch. der Philos. des Mittelalt.“ Vol. III, 1. Monast. 1900 — quicquam contra magnum illorum locorum numerum valent, quibus Platone vel (in ethicis maxime et physicis) Aristotele aliisque philosophis utitur Nemesius. Neque aliter Gregorios et Basilium Platoniceos neglexisse antea vidimus. Hoc tenendum esse mihi visum est contra eos, qui eius aetatis patres dogmata sua Plotinianis vel Porphyrianis probasse putant sententiis, quorum in numero etiam est A. Jahnius<sup>2)</sup>, qui libello, quem inscripsit „Basilius plotinizans“ (Bernae 1838) Basilium Plotino usum esse demonstrare vult. Et congruunt ea, quae afferuntur Basilius verba (Migne, vol. 29. p. 768 seq.) mirum in modum cum Plotini (Ennead. V, 1, 1), sic ut nemo negare possit eum, qui ista scripsit verba, ex Plotino hausisse.

Sed ut iam aliquid offensionis inest in eo, quod excepta hac brevissima disputatione nulla ne Jahnius quidem invenire potuit, quae tantopere cum Plotinianis congruebant verbis, sic etiam suspectum mihi esse videtur, quod haec perpauca verba, quae inscripta sunt

---

<sup>1)</sup> Philonem quidem nusquam nominat Nemesius, cum non tam commentarium theologicum, ut ita dicam, quam philosophicum conscribere voluerit — sed nonnullis tamen locis eius usus est sententiis — cf. Philo de opif. mund. 77 — Nem. p. 44 (Matth.)

<sup>2)</sup> quod de Basilio Jahnius, de Gregorio Nysseno Hermann Diss. theol. Hal. 75, „Gregorii sententiae de salute adipiscenda“, Meyer Diss. phil. Jen. 94 „Die Gotteslehre Gregors v. N.“ aliique putare videntur.

„de spiritu sancto“, sub fine totius exstant operis Basiliiani, quod contra Eunomium conscripsit, postquam toto quinto libro de spiritu sancto disputatum est. Quibus de causis haec verba non Basiliï sed postea addita mihi esse videntur.<sup>1)</sup> Quocum optime quadrat, quod in codicibus, ex quibus Basileensis expressa est prima editio graeca, haec disputatio homiliam separatam effecit (cf. annot. in pag. 767 Bas. op. I) et iam aliis de causis, quas hic omittam, nonnulli viri docti Basiliï hanc homiliam esse negaverunt (cf. ea, quae Jahnius ipse ad pag. 3. annotat).

Alterum igitur argumentum haec verba a Basilio non conscripta esse in eo mihi inesse videtur, quod sola congruunt cum Plotinianis verbis.

Praeterea Jahnius eodem in libro nonnulla Basiliï verba ex libro de spiritu sancto repetita (Vol. 32 Mign. — Bas. op. IV, p. 108 B 4, cap. IX) comparat cum Plotini rationibus; sed non solum parum congruunt illa Basiliï verba cum Plotinianis huc et illuc collatis, sed etiam apud philosophos et patres perusitata fuisse videntur. Qua de causa etsi concedendum est ea verba, quamvis sint perpauca, emblematis in modum a Basilio collecta et ad argumentum de spiritu sancto quam callidissime accomodata esse, tamen ex iis nemo efficere potest Basiliium Plotini vel alius cuiusquam Platonici sententias in usum suum convertisse.

---

<sup>1)</sup> Sic Cyrillus Alexandrinus eodem modo (contra Julianum VIII, Migne vol. 76 p. 921 B. 6 seq.) Graecorum proceres loco sancti spiritus dicit tertiam induxisse animam, a qua animalia cuncta animentur atque vivificentur eique illos sancti spiritus tribuisse virtutes et operationes. *γράφει γούν'*, his expositis pergit, *ὁ Πάτριος ὁδὲ περὶ αὐτῆς ἐνδυμείσθω τοίνυν . . .* sequuntur eadem Plotini verba eodemque modo ad spiritum sanctum translata atque ista in lucubratiuncula, quam Basilio falso attributam esse equidem puto.

Eadem res, quam etiam de utroque Gregorio adhuc probavimus, ex tota praeterea quam nunc de Platone auctore institutam quaestione undique elucebit.

Sed antequam ad rem ipsam accedam, pauca mihi praemittenda sunt.

Nempe in disputatione quam institurus sum Nyssennum maxime respexi in exponendis iis, quae Platoni debent tres illi episcopi — atque id quidem duabus de causis. Primum, quod Nyssenus maxime Platonis rationes sententiasque in usum suum convertit ideoque optime, quo modo Platonem secutus sit, demonstrari potest; deinde, quod nuper iam de Gregorio Nazianzeno Platónico Gottwaldus (Diss. Vratisl. 1906) et de Basilio Leslie Shear („The influence of Plato on Saint Basil“ Baltimore 1906) disseruerunt. Quorum uterque mea quidem sententia non ita recte disputationem disposuit atque confecit. Nazianzeni enim vel Basilii ex verbis et vocibus undique comportatis — maxime hoc ad Gottwaldum pertinet — illorum episcoporum rationes quasdam velut de deo et mundo<sup>1)</sup> componunt easque ad Platonem Platonicosque referunt. Sane tales rationes plus minusve definiri possunt, sed eas undique collectas ex hoc vel illo philosopho fluxisse equidem probare non audeo. Istae enim sententiae, maxime eae quae sunt de deo, illo tempore perusitatae erant, quam rem multi alii iam dudum exemplis docuerunt (imprimis A. Jahnius: „Methodius platonizans“ Hal. 1865 — „Bas. plotinizans“ Bernae 1838 al. loc.). Nyssenus autem, qui philosophiae satis deditus erat, solus non modo nonnullis in sententiis (cf. pag. 18) a vulgari recessit ratione easque maxime Platonis probavit doctrinis, sed etiam omnino Platone saepe usus est. Nazianzenus autem cum artem rhetoricam et eloquentiam nimis amaret quam ut in philosophiam alte penetraret, non tam

---

<sup>1)</sup> Gottwald de his rebus inde a pag. 16—28 disputat.

Platonis aliorumve utebatur rationibus quam singulis eorum vocibus et verbis; nec minus Basilium multo magis operibus suis excellere atque institutis quam cogitatione vel rationibus antea iam dixi.

Accedit alterum. Illis in disputationibus non discernuntur ea, quae ad ipsum redeunt Platonem eaque, quae illis temporibus vulgo credebantur vel ex Philone, Origene aliisque patribus ad illos episcopos permanarunt. Quarum rationum supra plurima iam commemoravi.

Quibus de causis alia hac in disputatione usus sum via.<sup>1)</sup> Ea enim, quae Platonis mihi esse videbantur, ad singulos Platonis rettuli dialogos, quomodo simul appareat, quibus dialogis tres illi episcopi usi sint quibusque maxime in scriptis. Sed ut maxime respexi Nyssenum istis de causis, quas antea exposui, sic plerumque annotavi tantum verba ea, quae cum Nazianzeni Basilique congruunt, nisi quae illis in disputationibus neglecta vel non recte exposita esse putabam.

Quibus expositis nunc transeamus ad consideranda ea, quae Platoni ipsi debentur. Atque primum quidem eas exponamus sententias, quae non ad certos Platonis referri possunt dialogos, sed ex propriis eius repetitae sunt praeceptis, quae passim inveniuntur.

Quibus Platonis sententiis illi episcopi maxime usi sunt in dogmate, quod est de trinitate.

Nyssenius in libro ad Ablabium quendam dato (II, 115 seq.) in eoque, qui inscribitur „de communibus notionibus“ (II, 175 seq.) et aliis locis quae ratio intersit inter solum deum et trinitatem hoc modo explanat: (imprimis haec docet II, 117 C, D 7; 175 A seq.; — 177; — 185 A seq.) Ut in deo tres discernuntur personae

---

<sup>1)</sup> praesertim cum Nysseni de singulis rebus sententiae saepius iam sint expositae — cf. Rupp. l. c. Stigler, „Die Psychologie des hl. Gregor v. N.“, Regensb. 1857.



ita etiam humana natura una tantum est, composita vero ex compluribus ne dicam innumerabilibus personis. Exempli gratia Petrum et Paulum et Barnabam tres homines sive personas dicimus — una tamen eorum est species vel potius essentia. Eodem modo, quo una dei seu hominis essentia (*οὐσία*) sive idea ad personas singulas (substantias, *ὑποστάσεις*) se habet, eodem commune (*τὸ κοινόν*) ad proprium (*τὸ ἴδιον*). Nomen dei illud *κοινόν* est, cuius tres personae sunt participes. Nec aliter idea hominis communiter dictum est, nam omni humanae naturae obtingit. Singuli homines et trinitas illud *ἴδιον* sunt. Basilius eodem modo trinitatem notionibus communibus explanat in epistula ad Nyssenum data (ep. 38; IV, 325 seq.). *οὐσία* et singulae *ὑποστάσεις* strenue inter se opponuntur, nec minus hominis illa utitur imagine. (Cf. etiam Naz. II, 153 B seq.)

Qua in argumentatione, qua unus deus simul etiam ex tribus constare posse personis demonstratur, Nyssennum et Basilium Platonis sententiis quae sunt de ideis usos esse sane apparet (cf. Rupp. l. c. pag. 155 seq.).<sup>1)</sup>

Maxime in Parmenide, Sophista (244 B — 245 E), Philebo Plato exposuit neque unum sine multis neque multa sine uno quodam esse posse. In verbis enim, 'unum est' iam inesse, unum non est, sed multa quaedam'. Nam in verbis, 'unum est' iam duo de uno dicta esse: et unitatem et essentiam. Praeterea etiam unitatem totum quiddam esse, et totum quiddam ex singulis constare debere partibus. — Rursus multa sine unitate esse non posse (Parm. 135 B), nam si quis non concessisset

---

<sup>1)</sup> Athanasius deitatis *οὐσίαν* et singulas hypostasies nondum inter se opposuerat. Illa Nysseni argumentatione nihil de trinitate probatur; nam genus vel *οὐσία* ipsa non consistit, sed in singulis cernitur. (Cf. ea, quae Aristoteles contra Platonis affert de ideis doctrinas — Zeller II, 2<sup>3</sup> p. 298 seq. pag. 306 seq.)

ideam uniuscuiusque rerum existentium eandem semper existere, in hunc modum etiam disserendi facultatem eum funditus subvertere. Attamen haec, quae contraria esse videntur: „unum et multum quiddam est“, intelliguntur ex rationibus communibus. Notio enim sive idea illud „unum“ est et singulae res, quae sub hanc cadunt notionem eiusque sunt participes, illud „multum“ sunt. Multae igitur res similes unitatem in se continent, quae omnibus est communis.

Hanc igitur rationem, quae inter singulas est res, earumque ideam, qua sola doctrina Nyssenus Basiliusque probare potuerunt tres deos et unum esse posse deum, Plato multis exposuit exemplis, quorum hic maxime illud quod est de homine commemorari debet. Quam hominis ideam Plato in Parm. 130 C his verbis affert: „ἀνθρώπων εἶδος (species) χωρὶς ἡμῶν καὶ τῶν ὀλοὶ ἡμεῖς ἐσμὲν πάντων“ et in Philebo p. 15 A. Species igitur hominis unitas et commune quiddam est, cuius nos omnes participes sumus, quod ipsum *χωρὶς ἡμῶν* est solaque mente percipi potest (Parm. 128 E, 130 B seq. Rep. VI, 507 B etc.), illud multum vero, quod unitatem, quae sine eo consistere nequit, in se continet, singuli sunt homines.

Aristoteles hanc Platonis hominis ideam (Eth. Nic. I, 4, 1096 a 34 seq.), „ἀτοάνθρωπον“ nominat, et Philonem hac Platonis sententia usum esse supra vidimus (cf. pag. 12). Nec minus Plotinus, sed alia quadam ratione, loquitur de hominis idea, cuius omnes participes sunt homines: Enn. VI, 5 6 . . „αὐτὸ . . ἄνθρωπος καὶ αὐτὸ ἕκαστον καὶ ὅλον τὸ πᾶν οὐχ οὕτως ἐν πολλοῖς, ἀλλὰ τὰ πολλὰ ἐν αὐτῷ, μᾶλλον δὲ περὶ αὐτό“ . . . VI, 4, 14.

Deinde eadem de universa humana natura sententia, quam antea commemoravimus, Nyssenus utitur in explicando mysterio Christi humilitatem suscipientis (cf. Harnack, l. c. p. 166 seq.). Christum enim non unius hominis suscepisse dicit formam sed naturam humanam universam (III, 616 B C), hanc totam in Christo cum

deitate concrevisse et totam ea de causa divinam factam esse. Cuius cum omnes homines sint participes, omnes etiam salvos evadere posse (II, 1221 D seq. — II, 705 seq. — 708 C etc.).

Quibus expositis nunc ea videamus, quae ex singulis Platonis dialogis repetita esse videntur, atque primum quidem, quae ex

### Phaedro

ad patres permanarunt. Hunc Platonis dialogum a Nysseno lectum esse plane apparet ex loco quodam, quo refutat Eunomium, qui usus erat verbis *παῦλα γεννήσεως* (II, 812 A 5). Quae verba Gregorius 813 C Eunomium sumpsisse dicit ex Platonis Phaedro, et, *ὥς γὰρ ἐκεῖνος* (sc. Plato) pergit, *ἐκεῖ* (in Phaedro) *παῦλαν εἶπε κινήσεως, οὐτῶ παῦλαν καὶ οὗτος γεννήσεως εἶπεῖν ἐπεδήμησεν, ὥς ἂν τοῖς ἀπείρους τούτων ταῖς Πλατωνικαῖς καλλιφωναῖαις περιβομβήσειεν . . .<sup>1)</sup>*

Quibus verbis Gregorium apertum est respexisse ad verba illa praeclara Phaedri, quibus probatur animae immortalitas: p. 245 C: *ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος, τὸ γὰρ ἀεκίνητον ἀθάνατον. τὸ δ' ἄλλο κινουὺν καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς. μόνον δὲ τὸ αὐτὸ κινουὺν . . . οὐποτε λήγει κινούμενον . . .*

Haec Platonis verba praeterea in animo habuisse videtur Gregorius III, 352 C, quo loco animum *τὴν ἀεκίνητον ὑπὸ τοῦ πεποιηκότος εἰληγότα τὴν φύσιν* dicit maximeque vero I, 337 A 13, cum dicat, *ἀθάνατον*

---

Plato philosophiam dicit his voluptatibus liberare animam, ut assequi possit *τὸ ὄντως ὄν*, quod *μόνη τῇ ψυχῇ* cernitur 83 A/B. Gregorius quoque virginitati hoc adscribens munus illud soli animae vivere (*μόνη τῇ ψυχῇ ζῆν* 348 A) et liberare se ipsum voluptatibus et sensibus commendat. Nam animum sensibus saepe abstrahi affirmat (352 B/C) a cursu, qui pertinet ad verum bonum (*τὸ ὄντως ἀγαθόν*): *εἰ δὲ* — 352 B 11 pergit, *πανταχόθεν ἀνακληθεῖς καὶ περὶ ἑαυτὸν ἀθροισθεῖς συνηγμένος καὶ ἀδιαχύτως πρὸς τὴν οἰκείαν ἑαυτῷ . . . ἐνέργειαν κινῶτο, οἷδὲν τὸ κωλύον αὐτὸν ἔσται . . . τῆς ἀληθείας τῶν ὄντων ἐφάπτεσθαι* (cf. etiam 368 A seq.). Nec minus Plato in Phaedone 67 C commendat: *χωρίζειν ὅτι μάλιστα ἀπὸ τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν καὶ ἐθεῖσαι αὐτὴν πανταχόθεν ἐκ τοῦ σώμα-*

τος συναγείρεσθαι τε καὶ ἀθροίζεσθαι, καὶ οἰκεῖν κατὰ τὸ δυνατόν . . . μόνην καθ' αὐτὴν ἐκλυομένην ὥσπερ ἐκ δεσμῶν ἐκ τοῦ σώματος' (cf. 65 B/C — 83 A seq.).<sup>1)</sup>

Animam autem suam divinam pulchritudinem, quae ei ex exemplaris imitatione expressa sit, peccatis Nyssenus dicit amittere iisque se ad turpitudinem convertere, III, 372 B. Vitiis hominem a dignitate sua excidere, οἷον πάσχουσιν οἱ ἐξ ὀλισθήματος ἐγκατενεχθέντες βορβόρω . . . οὕτως κακῆτος (ἄνθρωπος) ἐμπεσὼν τῷ βορβόρω τῆς ἀμαρτίας ἀπόλεσε τὸ εἰκόν'.<sup>2)</sup>

Hanc imaginem hominis sive animae in coenum illapsae Gregorius ex Phaedone sumpsisse videtur, quo in dialogo 69 C Plato exponit eum, qui impurus neque a vitiis purgatus in Orcum venerit, in coenum labi ibique mansurum esse, ἐν βορβόρω κείσεται'.<sup>2)</sup>

Plane igitur Nyssenus respexit Platonis Phaedonem, etsi multa illorum verborum perusitata fuerunt (ut illud Orphicorum corpus esse vinculum animae) et apud Platonicos quoque illis similia eodem modo ex Platone repetita leguntur. Sic de animae purgatione conferenda sunt verba Plotini I, 2, 5, quae quidem similia sunt sed prorsus aliter dicta quam illa Platonica et Gregoriana . . . μάλιστα ζητεῖν (sc. εἶναι) θυμὸν πῶς καθαίρει

<sup>1)</sup> Hac imagine Nazianzenus saepe utitur: II, 84 A 10; 125 C 1 — II, 497 A 7 — III, 6<sup>3</sup> B — (Platonem ipsum nominans). Cf. Gottwald l. c. p. 12, p. 34. — Jahn „Method. pl.“ adn. 486; 487; 533; 642. — Plotinus hanc Orphicorum adhibet sententiam ad Phaedonem alludens: IV, 8, 1 seq. — Porphyry. sent. VIII. etc. Nyss. praeterea I, 569 A 1 (cf. pag. 54) — una cum aliis Platonis verbis atque sententiis.

<sup>2)</sup> Cf. Bas. III, 584 B: ἐνὶ δὲ λόγῳ παντός ὑπεροπτεῖον τοῦ σώματος τῷ μὴ ὡς ἐν βορβόρω ταῖς ἡδοναῖς αὐτοῦ κατορρωρῦχθαι μέλλοντι (Phaed. 69 C) ἢ τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ἔχειν πᾶσαν σχολὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἄγοντας (ex Tim. 18 B) τοσοῦτον ἀνδεκτέον αὐτοῦ, ὅταν φησὶν Πλάτων (Rep. 498 B) ὑπηρεσίαν φιλοσοφία κτωμένου'. His igitur verbis Bas. manifeste tres Platonis respicit locos.

(sc. καθαρισ) και ἐπιθυμίαν και τάλλα πάντα . . . και τὸ χωρίζειν ἀπὸ σώματος ἐπὶ πόσον δυνατὸν (cf. Phaed. 67 C) . . . ἀπὸ μὲν δὴ σώματος ἴσως . . . συναγουσαν ἑαυτὴν . . . και τὰς ἀναγκαίας τῶν ἡθονῶν αἰσθήσεις μόνον ποιουμένην, και ἰατρύσεις και ἀπαλλαγὰς πόνων'. . . . Porphyry. sent. 42: ,νοῦς . . . χωρίζων ἑαυτὸν ἀπὸ σώματος, τότε μάλιστα νοεῖ, και εἰς ἑαυτὸν στρέφεται'. — Imagine illa animae in coenum illapsae Plotinus I, 6, 6 utitur: ,. . . αἱ τελεταὶ ὁρθῶς αἰνίττονται τὸν μὴ κεκαθαρμένον και εἰς Ἄιδον κείσεται ἐν βορβόρῳ, ὅτι τὸ μὴ καθαρὸν βορβόρῳ διὰ κάκην φίλον . . . '.

Multa alia praeterea apud Nyssenum exstant, quae quin ex Phaedone sumpta sint nemo dubitare potest. Sic in dialogo illo de anima et resurrectione III, 68 B Gregorio quaerenti, unde sit ,ἐκεῖνο τὸ πολυθρόλῃτον (Phaed. 100 B) τοῦ Ἄιδου ὄνομα', Macrina respondet, Orci nomen significare ,τὴν ἐκ τοῦ ὁρῶμένου πρὸς τὸ αἰεδὲς μεταχώρησιν τῆς ψυχῆς . . . ' et paulo infra: ,οὐδὲν ἄλλο τί μοι δοκεῖ παρὰ . . . τῶν ἔξωθεν . . . τὸ ὄνομα τοῦτο διασημαίνειν . . . πλὴν εἰς τὸ ἀφανὲς τε και αἰεδὲς μεταχώρησιν'.

Quam Orci nominis explanationem (Ἄιδης — αἰεδής) Gregorius ex Platonis Phaedone sumpsisse mihi videtur. Plato enim 81 C — quem locum Nyssenus II, 88 A 12 seq. ad verbum fere laudat, haec exponit: anima corporis amans post excessum e corpore . . . ,ἔλκεται πάλιν εἰς τὸν ὁρατὴν τόπον γόβῳ τοῦ αἰδοῦς τε και Ἄιδου' — et 80 D: ,ἡ ψυχὴ . . . τὸ αἰεδὲς, τὸ εἰς τοσοῦτον τόπον ἕτερον οἰχόμενον γενναῖνον και καθαρὸν και αἰδῶ, εἰς Ἄιδου ὡς ἀληθῶς . . . ἀπαλλατομένη'.<sup>1)</sup>

Platonis deinde ex Phaedone consuta sunt illa —

<sup>1)</sup> Eadem Orci exstat definitio in Crat. 403 A: ,ὁ . . . Ἄιδης, οἱ πολλοὶ μὲν μοι δυκοῦσιν ὑπολαμβάνειν τὸ αἰεδὲς προσειρησθαι τῷ ὀνόματι τούτῳ' (cf. Gorg. 493 B). Sed cum maxime Phaedonem secutus sit Nyssenus illo in dialogo, haec quoque ad Phaedonem redire puto. Cf. Porphyrii sent. 32: ,ἐν . . . Ἄιδου λέγεται, ὅτι τῆς αἰδοῦς φύσεως ἐτύχανε τὸ πνεῦμα και σκοτεινῆς'.

ab Aquila omissa — quibus Nyssenus eodem in dialogo III, 88 A oportere dicit: *χωρίζεσθαι . . . και ἀπολύεσθαι τῆς πρὸς αὐτὴν (σύρκα) σχέσεως, ἵνα μετὰ τὸν θάνατον μὴ πάλιν ἄλλου θανάτου δεώμεθα, τοῦ τὰ λείψανα τῆς σαρκώδους κόλλης ἀποκαθαίροντος· ἀλλὰ καθάπερ δεσμῶν τῇ ψυχῇ περιῤῥαγέντων, κοῦφος αὐτῇ και ἄνετος ὁ πρὸς τὸ ἀγαθὸν γένηται δρόμος, ὄνδεμιᾶς αὐτὴν σωματικῆς ἀχθηδόνος πρὸς ἑαυτὴν ἐφελκούσης.*<sup>1</sup>

Cuius loci sensus non modo idem est atque verborum Platoniorum, quae antea ex Phaedone attuli (Phaed. 67 C, 65 B/C), sed etiam verba, *τὰ λείψανα τῆς σαρκώδους κόλλης* Platonica sunt. 86 C enim Plato verbis *λείψανα τοῦ σώματος* utitur et 82 E seq. haec exponit: *παραλαβοῦσα . . . τὴν ψυχὴν ἢ φιλοσοφία ἀτεχνῶς διαδεδεμένην ἐν τῷ σώματι και προσκεκολλημένην . . . οὕτω παραλαβοῦσα ἢ φιλοσοφία τὴν ψυχὴν . . . λύειν ἐπιχειρεῖ, ἐνδεικνυμένη ὅτι ἀπάτης μὲν μεστὴ ἢ διὰ τῶν ὀμμάτων σκέψις, ἀπάτης δὲ ἢ διὰ τῶν ᾧτων . . . πείθουσα δὲ ἐκ τούτων μὲν ἀναχωρεῖν . . . αὐτὴν δὲ εἰς αὐτὴν ξυλέγεσθαι και ἀθροίζεσθαι παρακελενομένη.*<sup>1)</sup>

Quibus cum verbis iisque, quae antea ex Phaedone (67 C) attulimus, insigni modo conspirant ea, quae Gregorius I, 1297 A 2 affert: *ἐπειδὴ συμφύεται πως ἢ ψυχὴ διὰ τῶν σωματικῶν αἰσθήσεων πρὸς τὰ ἡδέα τοῦ βίου, και τῇ ἐυχροίᾳ τῆς ὕλης διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπιέρπεται, και τῇ ἀκοῇ πρὸς τὰ ἡδέα τῶν ἀκροαμάτων τὴν ῥοπήν ἔχει . . . διὰ τοῦτο οἷόν τινη ἦλω πρὸς τὰ ἡδέα τοῦ βίου τῇ αἰσθητικῇ δυνάμει προσκολλημένη, δυσασπαστως ἔχει τούτων, οἷς συνεφίη προσκολληθεῖσα . . . ὅλου συνεπισυρομένη τοῦ βίου τὸ ἄχθος.*<sup>1</sup>

Eodem modo Platonis sententiis ex Phaedone repe-

<sup>1)</sup> Similia Bas. III, 581 C 9. — Cf. Phaed. 65 C.

titis Basilius animam a vitiis purgandam esse docet, velut III, 581 A: *οὐ . . . τῷ σώματι δουλευτέον, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη<sup>1)</sup>, ἀλλὰ τῇ ψυχῇ τὸ βέλτιστα ποριστίον, ὥσπερ ἐκ δεσμωτηρίου τῆς πρὸς τὰ τοῦ σώματος πάθῃ κοινωνίας αὐτὴν διὰ φιλοσοφίας λύοντις ἅμα δὲ καὶ τὸ σῶμα τῶν παθῶν κρεῖττον ἀπεργαζόμενος* —<sup>4</sup>

Quibuscum conferas et ea, quae antea iam ex Phaedone protuli, et haec: Phaed. 67 A: *μηδὲν ὀμιλῶμεν τῷ σώματι μηδὲν κοινωνῶμεν, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη* — Phaed. 114 B/C . . . *ἀπαλλατόμενοι ὥσπερ δεσμωτηρίων* (sc. τῶνδε τῶν τόπων) *ἄνω δὲ εἰς τὴν καθαρὰν οἴκησιν ἀφικνούμενοι καὶ ἐπὶ γῆς οἰκίζόμενοι* — Crat. 400 C.

Nazianzenum denique Phaedone usum esse iam vidimus, aliaque Gottwald, ut p. 12; 48<sup>2)</sup>; p. 41<sup>3)</sup>, comparavit. Sed addam pauca, ex quibus eodem modo Nazianzenum apparet Phaedonem respexisse. Dialogum ipsum *τὸν περὶ ψυχῆς λόγον*<sup>4)</sup> nominat duobus locis, quibus Cleombroti cuiusdam mentionem facit, qui Phaedone lecto tanto eius amore exarsisset, ut statim praecipitio vitam finisset.<sup>4)</sup> (I, 592 B — III, 729 v. 680 seq. — Aug. de civ. dei I, 22).

Platonis sententias maximo ex Phaedone et Phaedro repetitas Gregorius affert III. 449 vv. 32 seq.:

*οὐ πινυτῶν ὕδα μῦθος, ἐτώσια παίγνια βιβλῶν  
οἳ καὶ σώματα πολλὰ βίοις προτέροισιν ὅμοια  
ἐσθλοῖς ἢ δὲ κακίς, ψυχῇ δόσαν αἰὲν ἀμείβειν  
ἢ τιμὴν ἀρετῆς, ἢ ἀμπλακίης<sup>5)</sup> τινὰ ποιήν.*

<sup>1)</sup> Eisdem Platonis verbis (Phaed. 67 A) utitur Naz. I, 413 C 2 seq. — II, 53 A 11 (cf. Gottwald, p. 43 seq.).

<sup>2)</sup> III, 68 C; II, 20 C 1 Naz. Platonis affert philosophiae definitionem, ut sit *θανάτου μελέτη* (Phaed. 81 A).

<sup>3)</sup> II, 13 D — I, 448 A 5 Platonis utitur verbis (Phaed. 67 B): *μη̄ καθαροῦ γὰρ καθαροῦ ἐφαπτεσθαι μὴ οὐ δεμτόν ἤ*.

<sup>4)</sup> Fabula desumpta est ex Call. epigr. XXIII.

<sup>5)</sup> His verbis ad Phaedrum mihi respexisse videtur Naz., Phaedr. 242 C: . . . *κατ' Ἴβυκον, μὴ τι παρὰ θεοῖς*.

εἵμασιν ὧς τινα φῶτα κατενδύοντες ἀκόσμως  
ἤδ' μειεκδύοντες, ἐτώσια μοχθίζοντες

.. v. 47. . . Ψαῖμα μέγιστον, ἐπεὶ πλεόνεσσιν ἔδησας  
σώμασι, καὶ πλεόνων με δαίμονα θήκατο δεσμός.

.. v. 51 . . . ἢ ἄρα μακρῆς  
καὶ τόδ' ἄλλης, λήθην με παθεῖν προτέρης  
βιότητος.

Quibus in versibus quamquam Pythagoraeorum maxime inest de animarum migratione sententia, tamen eos ad Platonem imprimis spectare puto. Conferenda enim praeter Phaedri verba 242 C — 249 A (cf. p. 22) illa Phaedonis sunt, quibus exponitur, eas animas, quae virtutem coluissent, in praestantissima quaeque corpora migrare, iis vero, qui se vitiorum illecebris dedissent, obscoenissima quaeque corpora tribui — 81 D seq.: ,τῶν φαύλων (ψυχῶν) . . . ἀναγκάζονται πλανᾶσθαι δί-  
κην τίνουσαι τῆς προτέρας τροφῆς κακῆς οὕσης' — et paulo post: ,οἷον τοὺς . . . μὴ διηλαβη-  
μένους εἰς τὰ τῶν ὄντων γένη καὶ τῶν τοιούτων θηρίων εἰκὸς ἐνδύεσθαι' <sup>1)</sup> (cf. 87 D/E).

Verbis denique ,λήθην με παθεῖν προτέρης βιότη-  
τος' alludit ad Platonis sententiam, quae erat, scientiam (μάθησις) nihil aliud esse nisi recordationem rerum in pristina vita acceptarum. (Phaed. 72 E — Naz. II, 24 B .βαύλλε μοι . . . Πλάτωνος . . . τὰς ἀναμνήσεις').

Ad alia, quae Plato in Phaed. 112 E seq. de Orci fluminibus disputat, Gregorius I, 713 B 7 seq. alludit. Iulianum enim exagitans ,ἐπὶ τοὺς σοὺς' inquit, ,ἐλθέ

---

,ἀμβλακῶν τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω . . . '

Hunc Ibyci versum ex Phaedro repetitum imitatus est Naz.:  
Cf. ἀμείβειν, τιμὴ, ἀμπλακίη.

<sup>1)</sup> Ad hanc Platonis imaginem a Platonicis persaepe usi-  
tata, qua corpus animae esse vestimentum dicitur, Nyss.  
saepe alludit: III, 108 A 3: ,τὸ σωματικὸν περιβόλαιον' — III,  
109 C 5: ,τοῦ σώματος περιβολή . . . ' Cf. Crat. 400 C; Phaed.  
81 E. A Jahn, „Methodius platonizans“, adn. 115.

λόγον . . . . οὐ ποιηταῖς μόνον ἀλλὰ καὶ ἀνδράσιν φιλοσόφοις ἀρέσκοντας (sc. Platoni), Πυριφλεγέθονιάς σου, καὶ τοὺς Κωκυτοὺς καὶ τοὺς Ἀχέροντας, οἷς ἀδικίαν κολάζουσι Τάνταλος, Τιτυός, Ἴξίων.'

Duorum denique proverbiorum mentionem faciam, quibus et Plato in Phaedone et Gregorius utuntur. Alterum est de Penelopae tela, qua similitudine (cf. Od. II, 94 seq.) opus inane significetur. Naz. III, 887 v. 41 : ἰστόν Πηνελόπης, τὸν γὰρ λύνει, ἡμαρ ἴφραιεν', et Plato Phaed. 84 A. Alterum exstat II, 44 B: δεύτερον ποιῆσθαι πλοῦν', quod proverbii loco iam dicitur a Platone (Phaed. 99 A et al.), cum quis ad summa pertingere non volens proxima consecatur.

Sed haec hactenus. Ad ea, quae antea ex Platonis Phaedone ad Nysseni librum de virginitate permanasse vidimus, verba applicata sunt quaedam ex Platonis

#### Convivio

repetita. Exposuerat, ut breviter repetam, Gregorius Platonis in morem animam a corpore ad voluptates detractam ab hisce vitiis esse purgandam, ut ad summum bonum, i. e. ad deum pervenire eumque aspicere posset. Quo modo hoc pulchrum et bonum (τὸ καλὸν et τὸ ἐπέκεινα παντὸς ἀγαθοῦ 361 A 3 id nominat) assequi possimus, deinde cap. IX (p. 364 seq.) exponit.

Iam in indagatione pulchrae cuiusdam rei is mente imperfecta esse solet, qui cum aliquid cernit, quod speciem pulchritudinis aliquam prae se fert, illud ipsum sua natura pulchrum esse opinatur, ὁ δέ', 364 C pergit, κεκαθαμένος τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν καὶ δυναίως τὰ τοιαῦτα βλέπειν, χαίρειν εἰσας τὴν ἕλιν τὴν ἔποβεβλημένην τῇ τοῦ καλοῦ ιδέᾳ, οἷον ἔποβάθρε τινὲ τῷ ὀρωμένῳ χρήσεται, πρὸς τὴν τοῦ νοητοῦ κάλλους θεωρίαν, οὗ κατὰ μετουσίαν τὰ ἄλλα

καλὰ γίνεται τε καὶ ὀνομάζεται (Cf. Conv. 211 C; 211 B).

Sed difficillimum est, cum plerique obtusa mentis acie sint, ipsam per se pulchritudinis naturam cognitam habere (αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς τοῦ καλοῦ τὴν φύσιν καιανοῖσαι); nam animi sensus non accurate in hoc exercuimus, ut honestum pulchrumve ab eo internoscere, quod neque honestum neque sane pulchrum est. Quae de causa ad ipsius honesti inventionem (εἰς τὴν τοῦ καλοῦ εὔρεσιν) hac via utendum est: 365 A: ,πάντα . . . ὅσα τὰς ἐπιθυμίας τῶν ἀνθρώπων ἐφέλκειαι καλὰ εἶναι νομιζόμενα . . . ταῦτα ὑπερβαίνοντας ὡς ταπεινά . . . ἀλλὰ τὴν ἐπιθυμητικὴν ἡμῶν δύναμιν ἐκεῖ ἀνάγειν, ὅπου οὐκ ἐμικνεῖται ἢ ἀσθησις'. Sic in ipsa, quae in his omnibus spectatur pulchritudine animus ad pulchri illius cupiditatem ducatur oportet, cuius gloriam omnia narrant (persimilia exstant III, 28 C): ,οὐτῶ γάρ', inquit, ,ἀνιοῦσα ἡ ψυχὴ καὶ πᾶν τὸ καταλαμβάνομενον ὡς μικρότερον τοῦ ζητουμένου καταλιμπάνουσα' dei pulchritudinem agnoscere potest. Homo vero, qui hoc modo coelestem pulchritudinem ex propinquo contemplatur 365 D 1: ,γενήσεται καὶ αὐτὸς καλὸς τῷ καλῷ προσπελάσας καὶ ἐν αὐτῷ γεγονὼς λαμπρὸς τε καὶ φωτοειδὴς ἐν τῇ μετουσίᾳ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς καταστήσεται' (cf. Conv. 211 B; 212 A). Et paulo infra sic pergit (III, 368 C 5): ,εἰ δέ τις τοιοῦτός ἐστιν, ὁὗτος ἤδη πάντα καταλιπεῖν τὰ ἀνθρώπινα, εἴτε σώματα, εἴτε χρήματα, εἴτε τὰ ἐν ἐπιστήμας ἢ τέχναις ἐπιτηδεύματα (Conv. 211 C) . . . περὶ τὰ τοιαῦτα γὰρ ἡ πλάνη τῆς τοῦ καλοῦ καιανοήσεως, ἐν οἷς ἡ ἀσθησις κριήριον γίνεται . . . ὁ τοιοῦτος πρὸς ἐκεῖνο μόνον ἐρωτικῶς τε καὶ ἐπιθυμητικῶς ἔξει, ὁ οὐκ ἐτέρωθεν ἔχει τὸ καλὸν εἶναι, οὐδὲ ποτὲ, ἢ πρὸς τι τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλὰ ἐξ ἑαυτοῦ καὶ δι' ἑαυτοῦ καλὸν καὶ ἐν ἑαυτῷ τοιοῦτον καλὸν γενόμενον, ἢ ποτὲ οὐκ ἐσόμενον, ἀλλὰ πάντοτε



ὡσαύτως ἔχον, προσθήκης τε καὶ ἀνξήσεως ὑπε-  
 ράνω καὶ ἀνεπίδεκτον πάσης τροπῆς τε καὶ  
 ἀλλοιώσεως (cf. Conv. 211 A).<sup>1)</sup> τῷ τοίνυν πύσας  
 ἑαυτοῦ τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις ἐκ παντός εἶδους κακίας  
 ἀποκαθάραντι . . . ἐμφανὲς γίνεται τὸ μόνον τῇ φύσει καλὸν  
 ὄπερ ἐστὶ τὸ παντός καλοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ αἴτιον . . .<sup>2)</sup>

Totam hanc Gregorii disputationem Platone auctore  
 scriptam esse mihi persuasum est. Eodem enim modo  
 et magnam in partem simillimis ne dicam iisdem verbis  
 Plato in Convivio inde a pag. 210 indicat, qua quis via  
 τὸ ἀληθῶς καλὸν assequi possit. Ex singularum quae  
 pulchrae sunt rerum contemplatione ad pulchri speciem  
 seu ideam pervenire debet. Omnia complectens 211 B  
 seq., τοῦτο, inquit, δὴ ἐστὶ τὸ ὀρθῶς ἐπὶ τὰ ἐρωτικὰ  
 ἵεναι . . . ἀρχόμενον ἀπὸ τῶνδε τῶν καλῶν ἐκείνου  
 ἕνεκα τοῦ καλοῦ ἀεὶ ἐπανιέναι, ὡσπερ ἐπανα-  
 βαθμοῖς χρώμενον<sup>2)</sup> . . . ἀπὸ τῶν καλῶν σωματίων  
 ἐπὶ τὰ καλὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ ἀπὸ τῶν ἐπιτη-

<sup>1)</sup> Quibuscum etiam comparari possunt verba ex Phaedone  
 78 D . . . αὐτὸ τὸ καλὸν αὐτὸ ἕκαστον ὃ ἐστίν, τὸ ὄν, μήποτε  
 μεταβολῆν καὶ ἡντιοῦν ἐνδέχεται; ἢ αἰεὶ αὐτῶν ἕκαστον ὃ ἐστίν,  
 μορσιδῆς ὄν αὐτὸ καθ' αὐτό, ὡσαύτως κατὰ ταῦτά ἔχει  
 καὶ οὐδέποτε οὐδ' αὐμῆ οὐδ' αὐμῶς ἀλλοίωσιν οὐδεμίαν  
 ἐνδέχεται; Cf. praeterea Nyss. I, 1233 B 13; III, 500 A seq. —  
 Similia sed prorsus aliter expressa Plotin. V, 5, 9 seq. Porphyr.  
 sent. 33: τοῦ . . . ὄντως ὄντος καὶ καθ' ἑαυτὸ ὑφευτικῶτος . . .  
 (sc. κατηγορούμενά ἐστι) τὸ εἶναι ἀεὶ ἐν ἑαυτῷ ἰδρῦμενον, ὡσα-  
 ἄύτως τὸ κατὰ ταῦτά ἔχειν . . . τὸ ἀμετάβλητον  
 εἶναι κατ' οὐσίαν, τὸ ἀσύνθετον, τὸ μήτε λυτὸν μήτε  
 ἐν τόπῳ εἶναι . . . τὸ μήτε γινόμενον μήτε ἀπολλύμε-  
 νον καὶ ὅσα τοιαῦτα.

<sup>2)</sup> Ad haec Platonis verba Nyss. praeterea respexisse  
 videtur III, 113 A 8 (de an. et res.), quo loco Platonis de ani-  
 marum migratione exponens sententiam dicit secundum hanc  
 doctrinam animam ab hominibus transire ad animalia et ἀπὸ  
 τούτου πάλιν διὰ τῶν αὐτῶν ἀνιέναι βαθμῶν καὶ πρὸς τὸν  
 οὐράνιον χῶρον ἀποκαθίστασθαι.

δενυμάτων ἐπὶ τὰ καλὰ μαθήματα<sup>1)</sup>, ὡς ἀπὸ τῶν μαθημάτων ἐπ' ἐκεῖνο τὸ μάθημα τελευτήσῃ, ὃ ἐστὶν οὐκ ἄλλον ἢ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ καλοῦ μάθημα, καὶ γυνῶ . . ὃ ἐστὶν καλόν.' Atque pulchrum esse dicit 210E seq.: . . . ,τὶ θαναμαστόν τὴν φύσιν λαλόν . . . πρῶτον μὲν ἀεὶ ὄν καὶ οὔτε γιγνόμενον οὔτε ἀπολλύμενον (cf. Porphyr. sent. 33) οὔτε ἀύξανόμενον οὔτε φθίνον, ἔπειτα οὐ τῆ μὲν καλόν, τῆ δ' αἰσχροόν, οὐδὲ τοτέ μὲν, τοτέ δὲ οὔ, οὔδὲ πρὸς μὲν τὸ καλόν, πρὸς δὲ τὸ αἰσχροόν, οὐδ' ἔνθα μὲν καλόν ἔνθα δὲ αἰσχροόν . . . οἷδὲ πον ὄν ἐν ἐτέρῳ τι, οἷον ἐν ζώῳ, ἢ ἐν γῆ ἢ ἐν οὐρανῶ . . . ἀλλ' αὐτὸ καθ' αὐτὸ μεθ' αὐτὸ μονοειδὲς ἀεὶ ὄν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα καλὰ ἐκείνου μειέχοντα'. Eī vero, qui illud pulchrum assecutus est, hoc accidit: 212A: ,τεκόντι . . . ἀρετὴν ἀληθῆ καὶ θρεψαμένῳ ὑπάρχει θεοφιλεὶ γενέσθαι, καὶ εἴτερ τῷ ἄλλῳ ἀνθρώπων ἀθανάτω καὶ ἐκείνῳ.'

Eandem igitur viam ad veri pulchri cognitionem atque Plato eodemque modo Nyssenus ingreditur.

Plotinus quoque illa Convivii verba ac rationes imitatus est Ennead. I, 6, 1 seq., quo loco de pulchro agens dicit: ,τί οὖν ἐστὶ ὃ κινεῖ τὸς ὄψεις τῶν θεωμένων καὶ ἐπιστρέφει πρὸς αὐτὸ καὶ ἔλκει, τοῦτο γὰρ εὐρόντες τὰχ' ἄν ἐπιβάθρα αὐτῶ χρώμενοι καὶ τὰ ἄλλα θεασαίμεθα . . . λέγεται μὲν δὴ παρὰ πάντων . . . ὡς συμμετρία τῶν μερῶν πρὸς ἄλληλα . . . κάλλος ποιεῖ . . . εἰ δὲ . . . μεταβαίνοντες (sc. τὴν συμμετρίαν τοῦ προσώπου) καὶ ἐπὶ τὰ ἐπιτηδεύματα καὶ τοὺς λόγους τοὺς καλοὺς τὸ σύμμετρον καὶ ἐπ' αὐτῶν αἰτιῶντο, τίς

<sup>1)</sup> Gregorius eodem modo secundum Platonem ad cognitionem veri boni pervenire dicit (III, 181C 10 seq.) iuxta scripturam per geometriam et astronomiam: ,παρῶ', inquit (sc. iuxta scripturam) ,τὰ μαθήματα, ὅθεν δῆγεται πρὸς ἀρετὴν ἢ διάνοια, γεωμετρίαν τε καὶ ἀστρονομίαν, καὶ τὴν διὰ τοῦ ἀρεθμοῦ κατονοήσῃ τῆς ἀληθείας, πᾶσαν τε μεθόδον ἀποδεικτικῶν τῶν ἀγνοουμένων.' Cf. etiam I, 373C.

*ἂν λέγοιτο ἐν ἐπιτηδεύμασιν συμμετρία καλοῖς ἢ νόμοις ἢ μαθήμασιν ἢ ἐπιστήμασι.*

Sed ut iam ex his quae attuli plane apparet Nysse-  
num non ad Plotinum sed ad ipsum Platonem rediisse,  
sic etiam ex eo colligi potest, quod alia, quae cum  
Gregorii verbis congruant, non insunt in Plotinianis  
verbis.

Sed non solum Nyssenus ea omnia, quae supra  
ex Platonis Convivio attuli verba a Diotima quadam  
exposita in usum suum convertit, sed ipsam etiam  
Diotimam sibi proposuit atque imitatus est in libro suo  
de anima et resurrectione. Quo in dialogo ex Platonis  
Diotima Macrinam sororem tam plane imitatione ex-  
pressit<sup>1)</sup>, ut nemo dubitare possit, quin tota Gregorii  
sororis persona commutata quasi atque conversa  
sit in Socratis magistram sapientem illam vatem et  
nuntiam.

Primum enim non magis Socrates illum dialogum  
habuit cum Diotima quam Gregorius cum sorore. Sed  
ut Socrates suas ipsas sententias Diotimae subicit, sic  
Gregorius Macrinam eas afferentem facit rationes, quae  
sui ipsius sunt. Non, ut fieri debet, Macrina Gregorium  
audit vel cum eo disputat, sed magistrae in modum eum  
docet rationes et dogmata, quae sunt de anima et resur-  
rectione — et ut *διδάσκαλος* saepe nominatur, sic et  
Diotimam magistram suam fuisse (Conv. 201 D) Socrates  
ipse dicit. Nec minus se ipsum discipulum esse scienti-  
ae quidem cupidum sed ignarum atque imperitum  
Socrates simulat quam Gregorius.

Eodem igitur modo, quo antea Gregorium compa-  
ravimus cum Simmia et Cebe, quia de animarum  
immortalitate se dubitantem fingebat, eodem cum So-  
crate illo Convivii comparari potest. At et Macrinae

<sup>1)</sup> Creuzerus in libro, qui inscribitur „Zur Gesch. d.  
griech. u. röm. Litt.“ p. 476 seq. haec iam primus breviter  
commemoravit.

duplex quasi facies impressa est; nam ut dubium esse non potest, quin optimo iure cum Socrate illo Phaedonis comparari possit, quod moritura tamquam fratrem disputatione sua de animae immortalitate consolatur, sic etiam ex Diotima sane conversa atque commutata est in divinam quandam mulierem, quae vitiis carens ac sine pudore de omnibus rebus arcanis atque occultis loquitur. Etiam hac in re comparari potest cum Diotima, quae eodem modo quasi ut dea de caelo ad homines delapsa libere disputat de rebus, de quibus mulieribus virginibusque loqui non licet.

Ex eo igitur, quod Macrina in Diotimam Platonis conversa est, commutata quoque est ratio, quae inter Gregorium et sororem esse non modo debebat sed etiam erat: Gregorii enim anima effeminata in modum mulierum est et corpori inhaerere videtur, Macrina contra praedita est divina quadam mente, qua constans atque immota et a rebus humanis soluta ad ipsum contendit deum.

Praeterea nihil ex Platonis Convivio Gregorius sumpsisse videtur. Pauca tamen inveniuntur, quae fontem quidem habent in Convivio, sed apud posterioris aetatis scriptores perusitata fuerunt, ut III, 25 A 5 verba: *ἔπει δὲ χρεὶ . . . εἰπεῖν, ἐρῶ σοι λόγον, ἐμὸν μὲν ὄνχι, οὐδ' ἄλλον τινὸς ἀνθρώπου*. Inest his in verbis imitatio quaedam Euripidei ex Melanippa versus (Nauck frg. 488: *οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς παρὰ* sim. Eur. Hel. v. 513: *λόγος γὰρ ἐστὶν οὐκ ἐμὸς, σοφῶν δ' ἔπος*), quem Platone auctore (Conv. 177 A: *ἀρχὴ τοῦ λόγου ἐστὶ κατὰ τὴν Εὐριπίδου Μελανίππην, οὐ γὰρ ἐμὸς ὁ μῦθος ἀλλὰ Φαίδρου*) posterioris aetatis scriptores in usum suum converterunt. Gregorius quoque III, 388 A 10: *οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλ' αὐτῆς τῆς Θείας γωνῆς*. Cf. Hor. Sat. II, 2, 2: „nec meus hic sermo est, sed quae praecepit Ofellus“.

In Basilii operibus nulla inveni, quae ad Platonis

referrem Convivium. Nazianzenus autem saepius ad illud alludit, et simili modo ut in Nysseni de virginitate libro apud Nazianzenem quoque Phaedonis et Convii sententiae interdum conexas sunt, quarum cum a Gottwaldo amissae sint breviter mentionem faciam.

II, 24 B Nazianzenus philosophos quosdam perstringens ait: *βάλλε μοι Πλάτωνος . . . τὰς ἀναμνήσεις* (cf. Phaed. 72 E seq. Cf. pag. 37) *καὶ τοὺς οὐ καλοὺς διὰ τῶν καλῶν σωματίων ἐπὶ ψυχὴν ἔρωτας*. — Quibus verbis plane Platonis respicit sententiam supra iam expositam eum, qui ad veri pulchri cognitionem pervenire velit, debere (Conv. 210 A seq.): *ἄνεον ὄντια ἰέναι ἐπὶ τὰ καλὰ σώματα* . . . deinde *οὐχ ἔν τε καὶ ταῦτόν ἡγεῖσθαι τὸ ἐπὶ πᾶσιν τοῖς σώμασι κάλλος. τοῦτο δὲ ἐννοήσαντα κατασιῆναι πάντων τῶν καλῶν ἐραστὴν . . . μετὰ δὲ ταῦτα τὸ ἐν ταῖς ψυχαῖς κάλλος τιμιώτερον ἡγήσασθαι τοῦ ἐν τῷ σώματι . . .*<sup>1)</sup>

Haec aliaque, quae antea ex Convivio allata sunt verba, Gregorius etiam in animo habuisse videtur I, 812 B 10: *οὐδεὶς οὕτως ἐρᾷ σώματος τῶν λίαν ἐρωτικῶν*<sup>2)</sup> . . . *ὡς ἐκείνη (ψυχὴ) τὰς πέδας ἀπορρίψασα ταύτας, καὶ τὴν ἰλὺν ὑπερβᾶσα* (Phaed. 67 C; 69 C) *μεθ' ἧς βιωτούμεν, μετὰ τοῦ καλοῦ καθαρῶς γενέσθαι, καὶ τὸν ἐρώμενον ἀπολαβεῖν ὄλον προσθήσω δ' ὅτι καὶ τὸν ἐραστὴν . . .* (Cf. Conv. 211 D . . . *θεωμένῳ αὐτὸ τὸ καλόν . . . δόξει . . . μήτ' ἐσθίειν μήτε*

<sup>1)</sup> Quibuscum conferenda sunt illa Nazianzeni verba I, 432 A 2: *δοῦ . . . ἡμῖν θεραπεύεσθαι καὶ ἀποκαθαίρεσθαι . . . τὸ τιμιώτατον ὧν ἔχομεν τὰς ψυχὰς* et II 307, A 7: *ὅσῳ . . . ψυχὴ τιμιώτερον σώματος, τοσούτῳ τιμιώτερον καθᾶραι ψυχὴν ἢ σῶμα*. — Bas. III, 365 D. Comparanda etiam sunt Platonis ex Phaedro verba: 241 C: *τὴν τῆς ψυχῆς παιδεύσιν, ἧς οὐτε ἀνθρώποις οὐτε θεοῖς . . . τιμιώτερον οὐτε ἔστιν οὐτε ποτ' ἔσται*.

<sup>2)</sup> Cf. III, 701 v. 291, quo loco Socratem impudicitiae accusans dicit:

*μηδεὶς ἐρωτῆ σωματίων θηρεύτω*

*τὸ κάλλος* . . . quibus verbis ad Conv. respicere videtur.

πίνειν, ἀλλὰ θεᾶσθαι μόνον καὶ συνεῖναι. τί δῆτα . . . οἴομεθα εἶ τῳ γένοιτο αὐτὸ τὸ καλὸν ἰδεῖν εἰλικρινές, καθαρὸν . . . ; . . . ὑπάρχει (sc. αὐτῷ) θεοφιλεῖ γενέσθαι, καὶ εἰπέρ τῳ ἄλλῳ ἀνθρώπων ἀθανάτῳ καὶ ἐκείνῳ).

Quibuscum conferenda quoque sunt haec I, 781 B 9: ,πειθομαι', Gregorius inquit, ,σοφῶν λόγοις, ὅτι ψυχὴ πῦσα καλὴ τε καὶ θεοφιλῆς, ἐπειδὴν τοῦ συνδεδεμένου λυθεῖσα σώματος (Phaed. 67 C al.) ἐνθένδε ἀπαλλαγῆ . . . ἐν θεωρίᾳ τοῦ μένοντος αὐτὴν καλοῦ γενομένη . . . ἰέως χωρεῖ πρὸς τὸν ἑαυτῆς δεσπότην, ὥσπερ τι δεσμοτήριον χαλεπὸν (Phaed. 114 C; Crat. 400 C) τὸν ἐνταῦθα βίον ἀποφυγοῦσα, καὶ τὰς περικειμένας ἀποσεισαμένη πέδας, ὑφ' ὧν τὸ τῆς διανοίας πτερὸν καθεῖλκετο' (Phaedr. 246 seq.).

Quibus in omnibus Platonis verbis atque sententiis ex Phaedone Convivioque consutis Nazianzenum usum esse plane apparet.

Nunc dicendum est de iis, quae ex Platonis  
de Republica

libris ad Basilium ambosque Gregorios permanarunt.

Primum Nysse num Platonis Rempublicam legisse ex compluribus elucet locis. II, 164 B 8 seq. contra eos disputans, qui fatum esse docebant, artem medicinam dicit saepe iam fati fila retexuisse atque retractavisse: ,ἐξ ἱατρικῆς ἀνεκλώσθη τῆς . . . εἰμαρμένης τὰ νήματα, οὐδὲν δὲ καὶ τὸν παιδοτρίβην Ἡρόδικον ὁ Πλάτωνος ἰστόρησε λόγος' — et historiolum, quam deinde affert, ex Platonis sumpsit de re publica libro III., in quo 406 A simillima leguntur haec, quae iuxta Gregorii adscribam verba:

Gregorius:  
,τὸν παιδοτρίβην Ἡρόδικον ὁ Πλάτωνος ἰστόρησε λόγος, ὅτι διὰ

Plato:  
,Ἡρόδικος παιδοτρίβης ὧν καὶ νοσώδης γένόμενος, μῖζας γυμνασ-

Gregorius:

γυμαστικῆς ἐμπειρίας εἰς παντελῆ μὲν ὑγίαν, ἐπιθανατίου τοῦ νοσήματος ὄντος ἐπαναγαγεῖν τὸ σῶμα οὐχ οἷός τε ἦν. αἰεὶ δὲ τὸν θάνατον παρόντα δι' ἐπινοίας ὑπεριδέμενος οὐχὶ ζωῆς ἀσφάλειαν, ἀλλὰ θανάτου παράτασιν ἐαντῷ παρασκευάζειν. ὄθεν καὶ εἰς γῆρας διήρκεσε, μακρῷ θανάτῳ τὸ μὴ ἀποθανεῖν σοφισάμενος.<sup>4</sup>

Plato:

τικὴν ἰατρικῆν, ἀπέκναισε πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα ἐαυτὸν, ἔπειτ' ἄλλους ὕστερον πολλούς . . . μακρόν . . . τὸν θάνατον αὐτῷ ποιήσας. παρακολούθῳ γὰρ τῷ νοσήματι θανασίμῳ ὄντι οὔτε ἰάσασθαι . . . οἷος τ' ἦν ἐαυτὸν, ἐν ἀσχολίᾳ τε πάντων ἰατρειόμενος διὰ βίου ἔζη ἀποκναιόμενος, εἴ τι τῆς εἰωθυίας διαίτης ἐκβαίῃ, δυσθανατῶν δὲ ὑπὸ σοφίας εἰς γῆρας ἀφίκετο.<sup>4</sup>

Alium Nyssenus ex Platonis rei publicae libro X. (614 seq.) affert locum, cum de iis, qui praemature abripiuntur, disputat: III, 164 D 10. Illis ex verbis simul apparet Gregorium his Platonis sententiis non omnem denegare fidem. Dicit enim Platonem quoque de infantibus praemature abreptis scripsisse — sed eius ipsius afferamus verba: . . . τὴν χρόνῳ γινώσκων, quaerit, ,περὶ τῶν πρὸ ὥρας ἀναρπαζομένων, ἐφ' ὧν μικροῦ δεῖν ἢ γενέσις τῷ θανάτῳ συνάπτειται; καὶ ὁ σοφὸς ἐν τοῖς ἔξω Πλάτων πολλὰ ἐκ προσώπου ἀναβεβιωκότος περὶ τῶν ἐκεῖθεν δικαστηρίων φιλοσοφήσας, ἀφῆκεν ἀπόρρητα ὡς κρείττονα ὄντα δηλαδὴ ἢ ὥστε ὑπὸ λογισμὸν ἀνθρώπινον ἐλθεῖν.<sup>4</sup>

Plato loco commemorato Alcinoium quendam iam mortuum duodecimo die revixisse narrat, eumque multa de iudiciis, quae apud inferos exercentur, disserentem facit inde a 614 B usque ad 621 B. Qua ex oratione multa alia Gregorium sumpsisse postea iam videbimus. Verba autem Platonis, ad quae hoc loco alludit, sunt

haec: 615 C: *τῶν δὲ εὐθὺς γενομένων καὶ ὀλίγον χρόνον βιούντων πέρι ἄλλα ἔλεγεν οὐκ ἄξια μνήνης.*

Multis praeterea locis Nyssenus nobilissimam illam profert Platonis de virtute sententiam, dominum eam non habere neque vi cogi posse, deumque igitur auctorem et causam malorum esse non posse, sed hominem ipsum. Ut ex permultis Gregorii locis unum afferam: II, 25 A 5 ait: *ἔπει . . . τῆς ἀντεξουσιότητος ἐστὶ τὸ ἰδίωμα, τὸ κατ' ἐξουσίαν ἀναιρεῖσθαι τὸ καταθύμιον, οὐχ ὁ θεὸς σοι τῶν παρόντων ἐστὶν αἴτιος κακῶν, ἀδέσποτόν τε καὶ ἀνετόν σοι κατασκευάσας τὴν φύσιν, ἀλλ' ἡ ἀβουλία τὸ χεῖρον ἀντὶ τοῦ κρείττονος προελομένη* — et paulo antea 24 D: *οὐδεμία κακοῦ γένεσις ἐκ θείου βουλῆματος τὴν ἀρχὴν ἔσχεν.* Cf. etiam III, 101 D 5: *ἀρετὴ — ἀδέσποτον* et I, 184 C: *ἀδέσποτον γὰρ τι χρῆμα ἡ ἀρετὴ* et mult. al. loc. eadem exstat de hominis libero arbitrio sententia, quae redit ad Plat. Remp. X, 617 E. Quo loco Plato *ἐκ προσώπου ἀναβεβιωκότος*, illius Alcinoi, unum quemque vitam sibi eligere dicit *ᾧ* (sc. βίῳ) *συνέσται ἐξ ἀνάγκης. ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον, ἦν τιμῶν καὶ αἰμαζῶν πλέον καὶ ἔλαιον αὐτῆς ἕκαστος ἔξει, αἰτία ἐλομένου. θεὸς ἀναίτιος*<sup>1)</sup> et 619 B: *καὶ τελευταίῳ ἐπιόντι, ξὺν νῶ ἐλομένῳ συντόνωσ ξῶντι, κείται βίος ἀγαπητὸς οὐ κακός.* Nec aliter Rep. II, 379 B/C deum auctorem malorum esse negat: *οὐ . . . πάντων . . . αἴτιον τὸ ἀγαθόν* (i. e. θεὸς, ἐπειδὴ ἀγαθός 379 C), *ἀλλὰ τῶν μὲν εὐ ἔχόντων αἴτιον, τῶν δὲ κακῶν ἀναίτιον.* (Cf. Plat. Tim. 28 seq.)

Quae verba quamquam perusitata fuerunt<sup>2)</sup> tamen

<sup>1)</sup> Ad haec Reip. verba manifeste alludit Naz. I, 572 B his verbis: *ἀναίτιον παντάπασιν κακῶν τὸ θεῖον, ἀγαθόν τῆ φύσει τυγχάνον, καὶ τοῦ προελομένου τὰ τῆς κακίας.* Cf. Gottwald l. c. pag. 26. — Bas. III, 341 B 10; 332 A 15. —

<sup>2)</sup> Eodem modo et Aristoteles in Eth. Nic. III, 7, 1113 b contra Platonis pugnans alteram sententiam, qua malum in



Platonis esse Gregorium non ignorasse, immo ea ex ipso Platone sumpsisse mihi persuasum est ex iis, quibus antea Gregorium totum hunc Reipublicae locum legisse exposui.

Sed et alteram Platonis sententiam, qua malum invito homine exsistere probatur, apud Nyssenum iuxta illam de hominis libero arbitrio exstare videbimus ut apud Platonem (cf. pag. 60). Quae altera sententia iam ex verbis illis antea commemoratis . . . ἡ ἀβουλία ἀντὶ τοῦ κρείττονος προελομένη<sup>1)</sup> . . . pellucere mihi videtur. Secundum haec enim verba non ex hominis voluntate malum exsistit, sed ex malo eius consilio, quod pro meliore eligit id, quod est deterius.

Ad illius quoque Alcinoi orationis verba quaedam Gregorius III, 112 C 8 seq. alludit, quae verba antea iam commemorata (cf. p. 21) breviter repetam. Dixit Gregorius audivisse se ex iis, qui animae migrationem docerent, ὅτι ἔθνη τινὰ τῶν ψυχῶν ὑποτίθενται ἐν ἰδιαζούσῃ τινὶ πολιτείᾳ πρὸ τῆς ἐν σώματι ζωῆς βιοτεύοντα<sup>2)</sup> — (quae sequuntur verba repetita sunt ex Phaedro cf. p. 21).

Plato hanc profert sententiam Rep. 619 C: εἶναι . . . αὐτὸν τῶν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἠκόντων, ἐν τεταγμένη πολιτείᾳ ἐν τῷ προιέρῳ βίῳ βεβιωκότα.<sup>1)</sup>

Quibus ex omnibus satis apparet Gregorium ul-

---

vito homine exsistere probabat (Tim. 86 D cf. pag. 60) hominis liberum arbitrium ex eo docet, quod virtus sit voluntaria. Nec minus eam sententiam Philo Iudaeus (velut II, 263, 30) Plotinusque ex Platone repetiverunt. Hic eam Enn. I, 2 seq. — II, 3, 9; 15; IV, 4, 39; VI, 8, 5 commemorat, Platonis utens verbis: ἀρετὴ ἀδέσποτον . . . αἰτία ἐλομένου<sup>2)</sup> aliisque.

<sup>1)</sup> Ad haec Platonis verba Nazianz. alludit II, 300 C 8: φοβοῦμαι μὴ . . . τις εἰσέλθῃ λογισμὸς ὡς τῆς ψυχῆς ἀλλαχοῦ πολιτευσαμένης, εἶτα τῷ σώματι τούτῳ ἐνδεθείσης, καὶ ἐκ τῆς ἐκεῖθεν πολιτείας τῶν μὲν λαβόντων τὴν προφῆτειαν (ut Alcinoi ille!) τῶν δὲ κατακρινομένων ὅσοι κακῶς βεβιώχασιν.<sup>2)</sup>

tima Reipublicae verba in usum suum convertisse. Paulo ante hanc Alcinoi, qui revixit, orationem exstant verba illa, quibus virtutis finis statuitur, ut quis deo ipsi assimiletur: Rep. 613 B: *οὐ δὴ ὑπὸ γε θεῶν ποτὲ ἀμελεῖται, ὅς ἂν προθυμῆσθαι ἐθέλῃ δίκαιος γίνεσθαι καὶ ἐπιτηδείων ἀρετὴν εἰς ὅσον δυνατὸν ἀνθρώπῳ ὁμοιοῦσθαι θεῶ'* (cf. etiam Rep. V, 472 C; VI, 484 C/D). Grégorius saepe eodem modo finem virtutis statuit, ut I, 1200 C 6: *πέλος τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου ἐσὶν ἢ πρὸς τὸ θεῖον ὁμοιώσις*, III, 89 D —. Platonicis quoque usitata ista fuit sententia: cf. Philo IV, 285, 13 et al. . Plotinus I, 2, 1; 3 seq. — (cf. Jahn, Meth. plat. adn. 84). — Nazianzenus tantum dicit: *συνάπτεσθαι θεῶ'* (cf. Gottwald, l. c. pag. 45), sed ita, ut in illis verbis a Platonicis imprimis usitatis mea quidem sententia magis ad ipsum Platonem redeat quam ad sententiam vulgarem. Exempli gratia III, 685, v. 64 seq. animam debere dicit:

*ἄνω φέρεσθαι καὶ συνάπτεσθαι θεῶν,  
αἰεὶ τε πάντῃ πρὸς τὸ συγγενές βλέπειν'.*

Quibuscum conferas velim Rempbl. 490 B . . . *ᾧ προσήκει ψυχῆς ἐφάπτεσθαι τοῦ τοιούτου. προσῆκει δὲ συγγενεῖ. ᾧ πλησιάσας καὶ μιγείς τῷ ὄντι ὄντως . . . γνοίη τε καὶ ἀληθῶς ζῶῃ'* — Ceterum de his iam dudum disputavit A. Jahn, Bas. plot. (p. 18 et 22.)

Sed pergamus. Cum alio Reipubl. loco haec conferenda sunt Nysseni verba: III, 708 A 6 ait: *τί περὶ τὸ σκευὸς τῆς ἀληθείας ἀπασχολεῖς . . . ; οἷόν τι ποιούσιν οἱ κύνες τοὺς λίθους, οἷς βάλλονται, περιχαίροντες, τοῦ βάλλοντος οὐχ ἀπτόμενοι.* Atque in Platonis Rep. persimilia haec exstant: 649 D: *ἀνελεύθερον δὲ οὐ δοκεῖ καὶ φιλοκρήματον νεκρὸν σὺλᾶν . . . ; ἢ οἷε τι διάφορον δρᾶν τοὺς τοῦτο ποιοῦντας τῶν κυνῶν, αἰ τοῖς λίθοις, οἷς ἂν βληθῶσιν χαλεπαίνουσι, τοῦ βάλλοντος οὐχ ἀπτόμεναί;* Eadem similitudine ex Platonis Rep. repetita Basilium

utitur III, 369 A 1 . . ,καὶ ποιεῖς τὸ τῶν κυνῶν, οἱ τοὺς λίθους δάκνουσιν, τοῦ βάλλοντος οὐ προσαπτόμενοι; quibus verbis iratus homo comparatur cum cane.

Ex Republica Gregorius porro mihi sumpsisse videtur argumenta, quibus Plato deum in alias formas se mutare non posse demonstrat: II, 380 D seq. et 381 A seq.: ,πᾶν τὸ καλῶς ἔχον, ἐλαχίστην μεταβολὴν ἵπ' ἄλλον ἐνδέχεται . . . ἀλλὰ μὴν ὁ Θεός γε καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ πάντη ἄριστα ἔχει.

εἴπερ ἀλλοιοῦται, αὐτὸς αὐτὸν μεταβάλλοι ἂν καὶ ἀλλοιοῖ. πότερον οὖν ἐπὶ τὸ βέλτιόν ιε καὶ κάλλιον μεταβάλλει εἰντόν ἢ ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ τὸ αἰσχρον ἑαντιοῦ; ἀνάγκη . . . ἐπὶ τὸ χεῖρον, εἴπερ ἀλλοιοῦται. — Sed neque deus neque homo ,ἐκὼν αὐτὸν χεῖρω ποιεῖν' vult. ,ἀδύνατον ἄρα . . . καὶ Θεῷ ἐθέλειν αὐτὸν ἀλλοιοῦν. ἀλλ' ὡς ἔοικε κάλλιστος καὶ ἄριστος ὢν εἰς τὸ δυνατόν . . . μένει αἰεὶ ἀπλῶς ἐν τῇ αὐτοῦ μορφῇ. — 380 E: ,τὰ ἄριστα ἔχοντα ἤκιστα ἀλλοιοῦται τε καὶ κινεῖται'.

Gregorius hanc sententiam iisdem atque Plato probat argumentis: I, 499 A 6: ,κρεῖτιον ἐστὶ τροπῆς τε καὶ ἀλλοιώσεως ἢ Θεία φύσις. οὐ γὰρ ἔχει πρὸς ὅτι χρήσεται τῇ τροπῇ, τοῦ μὲν κακοῦ ἀνεπίδεκτος οὕσα καθόλου. πρὸς δὲ τὸ κρεῖτιον τραπῆναι μὴ δυναμένη. οὐκ ἔστι γὰρ πρὸς ὅτι δέξεται τὴν ἀλλοίωσιν. οὐ γὰρ ἔχει ἑαντιῆς κρεῖτιον πρὸς ὃ μεταβήσεται. Simile I, 1156 B — II, 1253 C — III, 97 A — III, 92 C 6: ,ἢ . . . 'περέχουσα πᾶσαν ἀγαθὴν ἐννοίαν φύσις . . . μηδενὶς ἐνδεῶς ἔχουσα τῶν πρὸς τὸ ἀγαθὸν νοουμένων. Deum summum bonum esse ,ἐπέκεινα παντὸς ἀγαθοῦ' etiam Philo Iudaeus, Plotinus aliique secundum Platonem docuerunt: Plato Rep. 381 C: ,οὐ . . . ἐνδεῶ γε φησόμεν τὸν Θεὸν κάλλους ἢ ἀρετῆς εἶναι. (1)

1) Cf. Plot. I, 8, 2: τὸ δ' (bonum) ἐστὶν ἀνεκδεδῆς, . . . μηδενὸς δεσόμενον . . . V, 1, 4 — V, 5, 9.

Ad Platonis Rempublicam quoque referenda sunt ea, quibus I, 333 A 8 seq. Gregorius exponit firmam cognitionem (*γνώσις, κατανόησις*) distinguendam esse ab opinione (*φαντασία, δόξα*).<sup>1)</sup> Illam ad id, quod eodem modo semper se habet, quod numquam augetur nec minuitur — ad deum ipsum — *τὸ ἀληθῶς καὶ ὄντως ὄν'* pertinere dicit, opinionem vero ad singulas res, quae sensibus comprehenduntur et facile mutari possunt. Dicit enim, ut ipsius Gregorii afferam verba, . . . *ἢ τῆς ἀληθείας γνώσις τῆς περὶ τὸ μὴ ὄν ὑπολήψεως καθάρσιον γίνεται. Τοῦτο δὲ ἔστι . . . ὀρισμὸς ἀληθείας τὸ μὴ διαψευσθῆναι τῆς τοῦ ὄντος καιανοήσεως. ψεῦδος γάρ ἐστι φαντασία τις περὶ τὸ μὴ ὄν ἐγγινομένη τῇ διανοίᾳ . . . ἀλήθεια δὲ ἢ τοῦ ὄντος ἀσφαλῆς κατανόησις . . . τί μὲν ἐστὶν ὡς ἀληθῶς τὸ ὄν, ὃ τῇ αὐτοῦ φύσει τὸ εἶναι ἔχει, τί δὲ τὸ μὴ ὄν, ὃ ἐν τῷ δοκεῖν εἶναι μόνον ἐστὶν, ἀνυπόστατον ἔχον ἐφ' ἑαυτοῦ τὴν φύσιν . . . οὐδὲν τῶν ἄλλων, ὅσα τε τῇ αἰσθήσει καταλαμβάνεται καὶ ὅσα κατὰ διάνοιαν θεωρεῖται, τῷ ὄντι ὑφέστηκε πλὴν τῆς ὑπεράνω ἐστώσης οὐσίας καὶ αἰτίας τοῦ παντός, ἀφ' ἧς ἐξῆται τὸ πᾶν . . . τὸ . . . ὡσαύτως ἔχον ἀεὶ, τὸ ἀνανξὲς, τὸ ἀμείωτον, τὸ πρὸς πᾶσαν μεταβολὴν τὴν τε πρὸς τὸ κρεῖττον καὶ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ἐπίσης ἀκίνητον· τοῦ μὲν γὰρ χείρονος ἡλλοτριῶται· τὸ δὲ κρεῖττον οὐκ ἔχει. τὸ δὲ παντός ἀνευθεὲς ἕτερον, τὸ μόνον ὀρεκτὸν καὶ παρὰ παντός μετεχόμειον . . .* (cf. Plato Rep. 380 D). *Τοῦτό ἐστίν'*, Nyssenus hanc concludit disputationem, *ὡς ἀληθῶς τὸ ὄντως ὄν, καὶ ἢ τούτου κατανόησις ἢ τῆς ἀληθείας γνώσις ἐστίν'*.

Quibus in verbis — multisque aliis locis similia exstant — Nyssenus mihi Platonem secutus esse videtur (cf. Rupp, l. c. p. 28 seq.), qui in Rep. 477 B seq. *τὴν διάνοιαν* in cognitionem (*γνώσις*) et opinionem

<sup>1)</sup> Cf. Zeller II<sup>4</sup>, p. 637 seq.

(δόξα ita dividit, ut illa spectet ad ea, quae re vera subsistant, ad ideas <sup>1)</sup>), opinio vero ad singulas res, quae quamquam participes sunt idearum, tamen positae sunt inter id, quod re vera subsistit, et quod non est. (Cf. imprimis Rep. 478 D —; 479 E: τοὺς . . . πολλὰ καλὰ θεωμένους, αὐτὸ δὲ τὸ καλὸν μὴ ὀρώνας μηδ' ἄλλῃ ἐπ' αὐτὸ ἄγοντι δυναμένους ἔπεσθαι . . . δοξάζειν φήσομεν ἅπαντα, γινώσκειν δὲ ὧν δοξάζουσιν οὐδὲν . . . τί δὲ αὐτοὺς αὐτὰ ἕκαστα θεωμένους καὶ αἰεὶ κατὰ ταῦτ' ὡσαύτως ὄντα; ἄρ' οὐ γινώσκειν, ἀλλ' οὐ δοξάζειν; — ἀνάγκη.)

Platonici hoc modo cognitionem ab opinione non discernunt. Plotinus duplicem statuit phantasiam, altera ea servat, quae a sensibus tradita atque animae sunt impressa, altera retinet cogitationes.<sup>2)</sup>

Praeterea non inveni, quae Nyssenum ex Platonis Republica sumpsisse perspicuum esset. Exstant quidem nonnulla, quibus Gregorius cum Platonis congruit dialogo, sed tam pervulgata fuerunt, ut certius quisquam ea ex Platone ad Gregorium permanasse dicere non possit.

Quorum pauca hic afferam. III, 869 D 8 Gregorius de affectibus dicit: ἕκαστον πάθος, ἐὰν ἐπικρατῇ, τῆς ψυχῆς τύραννος ἡμῶν γίνεται τοὺς λογισμοὺς δουλωσάμενον. Quibuscum comparari possunt Platonis verba e Rep. 573 D, quo loco de affectibus dicitur: ἔρως τύραννος ἐνδον οἰκῶν διακυβερινᾷ τὰ τῆς ψυχῆς ἅπαντα. Quos affectus animae oculos in terram convertere docet Gregorius III, 348 C 7: ἢ τῷ σώματι συγκατασπασθεῖσα ψυχὴ οὐκέτι πρὸς τὸν οὐρανὸν . . . βλέπειν δυνήσεται, πρὸς τὸ ταπεινὸν καὶ κτηνώδες τῆς φύσεως ἐπι-

<sup>1)</sup> Greg. pro Platonis ideis deum ipsum ponit. Cf. Plato Rep. 478 A: ἐπιστήμη γέ που ἐπὶ τῷ ὄντι, τὸ ὄν γινῶναι ὡς ἔχει; ναί.

<sup>2)</sup> Cf. Domanski l. c. p. 88 adn. 2; p. 83 adn. 1, p. 65 adn. 1. Zeller III, 2<sup>4</sup> pag. 662 seq.

κύπτουσα.' Plato eodem modo de corporis dicit voluptatibus Rep. 519 A: *αἰ ἴδοναὶ τοῦ σώματος κάτω στρέφουσιν τῆν τῆς ψυχῆς ὄψιν.*

Sed ut Nysseus multa Platonis Reipublicae debet, sic etiam Nazianzenus Basiliusque persaepe hoc dialogo usi sunt. Atque primum quidem Nazianzenum Reipublicam novisse plane apparet ex compluribus locis, quibus poetarum de deis fabulas ineptas atque omnino reiiciendas esse dicit. Sic II, 149 C 2 ait: *οἱ παρ' Ἑλλήνων σεβόμενοι θεοὶ τε καὶ δαίμονες, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν (i. e. Plato) οὐδὲν ἡμῶν δέονται κατηγορῶν, ἀλλὰ τοῖς σφῶν αὐτῶν ἀλίσκονται θεολόγοις, ὡς μὲν ἔμπαθεῖς, ὡς δὲ στασιώδεις, ὄσων δὲ κακῶν γέμοντες καὶ μεταβολῶν. καὶ οὐ πρὸς ἀλλήλους μόνον ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς πρώτας αἰτίας ἀντιθέτως ἔχοντες. οὓς δὴ καὶ Ὀμηροὺς καὶ Ἱηθῦς καὶ Φάνητας καὶ οὐκ οἶδα οὔστinas ὀνομάζουσι. καὶ τελευταῖόν τινα θεὸν μισότεκνον διὰ γιλαρχίαν, πάντας καταπίνοντα τοὺς ἄλλους . . . ταῦτα μῦθοι καὶ ἐπόνοιαί τινες, ὡς αὐτοὶ φασίν.*

Respicit his verbis Nazianzenus ad Platonem, qui in Republica inde a pag. 376 E poetarum fabulas pueros non docendas esse explicat, cum de deis falsa pervulgent — et ipsius Saturni affert exemplum, qui omnes devorat deos. (Similia de Graecorum poetis Basilius quoque dicit III, 569 A). Ipsius Platonis pauca proferam verba: 377 D de Homero Hesiodoque *οὔτιοι',* inquit, *μύθους τοῖς ἀνθρώποις ψευδεῖς συνιθέντες ἔλεγόν τε καὶ λέγουσιν.* — 378 B: *οὐ . . . μοὶ δοκεῖ ἐπιτήδειον εἶναι λέγειν . . . ὡς θεοὶ θεοῖς πολεμοῦσιν τε καὶ μάχονται . . . ἀλλ' εἴ πως μέλλομεν πείσειν ὡς οὐδεὶς πώποτε πολίτης ἕτερος ἐτέρῳ ἀπήχθετο . . . τοιαῦτα λεκτέα μᾶλλον πρὸς τοὺς παῖδας' . . .* 379 A: *οἷος τυγχάνει ὁ θεὸς ὦν, αἰεὶ δὴ πᾶν ἀποδοτέον* et verbis, quae sequuntur, deum immutabilem fingendum esse explicat (cf. pag. 50).

Ad haec Platonis verba Grægorius alio quoque

respicit loco: I. 660 A 8, ubi multis verbis fabularum turpitudinem exponit. *Ἄριστον ὁμόνοιαν* esse dicit, *καὶ τὸ συμφρονεῖν ἀλλήλοις πόλεις*. Sed quibus exemplis illos hoc docere? *Ἄρα τοὺς πολέμους λέγοντες τῶν θεῶν, καὶ τὰς σιῆσεις*; etc. Ipsum autem Platonem I, 1205 A 5 intellegit verbis: *ἐρίφ σιήσας, ὡς τις ἐκείνων τὸν ποιητήν* —. Plato enim in Rep. 398 A Homerum, ne iuvenibus noxius esset carminibus suis, lana coronari et dimitti statuit.

Paulo post illa verba iterum Platonem carpit Gregorius dicens Heronis philosophiae fructus esse: *οὐ λόγῳ πλατόμεναι πόλεις*. Eodem modo I, 568 B 9 de Platonis civitate sermone constructa loquitur . . . *πῶς . . . οὐ θανατᾶζειν ἄξιον τούτους, οἱ καὶ λόγῳ πλατῆτουσι πόλεις τὰς ἔργῳ συστήναι μὴ δυναμένας* . . . et paucis verbis post Plato sui ipsius verbis e Republica et Phaedone consutis perstringitur: 569 A 1: *ἢ οὐ συνειδέ τις ταῦτα τῶν παρ' ἐκείνοις σοφῶν* (sc. Plato) . . . *ἀλλὰ βαθεῖ βορβόρῳ* (Phaed. 69 C) . . . *μηδ' ὅσον προσβλέψαι ταῖς τῆς ἀληθείας ἀγαῖς καθαρθεῖς τὴν διάνοιαν* (cf. Rep. 527 D seq. . . . *ὄργανόν τι ψυχῆς ἐκαθαίρεται . . . κρεῖττον ὄν σωθῆναι μυρίων ὀμμάτων. μόνῳ γὰρ αὐτῷ ἀλήθεια ὄραται*), *ἀλλὰ περὶ τὰ κάτω καὶ τὴν αἴσθησιν ἰλλυσπώμενος*. (Cf. Rep. 519 A: *αἰ ἡδοναὶ . . . κάτω στρέφουσιν τὴν τῆς ψυχῆς ὄψιν*. Tim. 92 A: *ἰλλυσπώμενα*).

Sed pergamus. Compluribus locis Nazianzenus ad Platonis de Gyge Lydiorum rege fabulam alludit. In Rep. 359 C Plato narrat Gygem in antro quodam anulum repperisse, quem si palam convertebat, a nemine videri poterat. Atque hanc fabulam inducit Plato, ut doceat, virum iustum, etiamsi Gygis anulum acceperit, ne quis eum intueri possit, ne sic quidem sceleris aliquid admittere debere.

Cuius historiolae identidem Gregorius mentionem facit, velut III, 1435 v. 7: *τί σοι θέλεις γενέσθαι*; animam rogat,

θέλεις τὰ Γύγῳ σοι  
τοῦ Λυδίου γενέσθαι  
καὶ δακτύλῳ τυραννεῖν  
τὴν σφενδόνην ἐλίσσω  
κρύπτουσαν, εἰ κρύπτοιο,  
γαίνουσαν, εἰ φαίνοιο;'

Praeterea II, 524 B; I, 628 B; III, 683 v. 31.

Alia, quae Nazianzenus in usum suum e Republica convertit<sup>1)</sup> hic omittere possum, cum a Gottwaldo (l. c. pag. 11 seq. p. 40) iam sint allata.

Nonnulla tamen proferam Gregorii verba, quae quidem magis ad verba quam ad sententias cum Platonis Republica comparari possunt. I, 845 B 7 Gregorius ait: *φιλεῖ . . . σῶμα μὲν εὐεκειῖν καμνοῦσις ψυχῆς, ψυχὴν δὲ θάλλειν καὶ ἄνω βλέπειν, τῶν ἡδονῶν ὑποβαίνουσῶν καὶ συναπομαραινομένων τῷ σώματι* — Plato Rep. I, 328 D: *αἱ ἄλλαι*, inquit, *αἱ καὶ τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἀπομαραίνονται*. — Praeterea: Naz. I, 420 B 10: *οὔτε δευσοποιοῦ βαφῆς μεταλαμβάνει ῥαδίως ὕφασμα* . . . Plato Rep. 429 E: . . . *ὁ μὲν ἂν τούτῳ τῷ τρόπῳ βαφῆ, δευσοποιοὺν γίγνεται τὸ βαφέν*. Cf. Bas. III, 568 A 9.

Naz. I, 464 C 3: *οὐτις ὄρος πάσης . . . προστασίας πανταχοῦ τὸ καθ' ἑαυτὸν παρορῶν πρὸς τὸ τῶν ἄλλων συμφέρον*. Eodem modo cuiuscumque administrationis publicae finem esse debere hunc Plato docet in Rep. 442 C: *οὐκοῦν . . . οὐδὲ ἄλλος οὐδεὶς ἐν οὐδεμίᾳ ἀρχῇ . . . τὸ αὐτῷ συμφέρον σκοπεῖ οὐδ' ἐπιτάττει, ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ . . . συμφέρον*.

Conf. denique sunt: Naz. I, 425 C 7 cum Rep. III, 413 E, VI, 503 A —. Naz. II, 20 B cum Rep. 361 D. alia.

<sup>1)</sup> In his similitudo illa Platonis, qua deus comparatur cum sole. Greg. II, 69 A; I, 1084 A 10 — Rep. 508 B seq. — Qua in exponenda imagine non Plotonicos (cf. Plot. V, 3, 12; VI, 7, 16) sed ipsum Platonem secutus est.



Rempublicam Platonis a Basilio lectam esse apparet ex tribus locis, quibus eam laudat (Bas. III, 576 A 9 — Rep. 361 A; Bas. III, 584 B 3 et Rep. 498 B; IV, 236 A 3 et Rep. 496 D) multisque ex aliis locis. Quae omnia hic omittam, cum Shear eam l. c. attulerit. Effugisse autem eum videtur per multa a Basilio e Republica propter affinitatem quandam librorum consuta esse in sermone de legendis libris gentilium (III, 564 C — 589 A), qui totus impletus est Platonis verbis atque sententiis.

Videamus nunc, quae ex Platonis

Timaeo

ad Basilium et utrumque permanerint Gregorium.

Primum Nyssenum hunc Platonis dialogum legisse, ut iam propter gratiam Timaei atque auctoritatem, qua apud patres florebat, verisimile est, ita effici quoque posse mihi videtur ex loco quodam, quo eum contra Eunomium sic disputantem audimus. Eunomium docere unum esse deum solum omnipotentem. Quodsi his verbis deum patrem significare velit, suam quoque esse sententiam. *εἰ δὲ ἀγείς*, pergit, *τὸν πατέρα, ἄλλον παντοκράτορα λέγει, τὰ τῶν Ἰουδαίων λέγει, ἢ καὶ τοῖς Πλάτωνος ἔπειται λόγοις. καὶ γὰρ κάκεινόν φασι τὸν φιλόσοφον λέγειν, εἶναι τινα ὑπεράνωθεν κτίστην καὶ ποιητὴν ὑποβεβηκότων τινῶν θεῶν.*

Haec Platonis sententia exstat in Timaeo, in quo unum deum in caelo regnantem esse dicit 28 C: *ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντός*,<sup>1)</sup> qui deus et ceteros creavit deos, i. e. sidera (41 D, 69 C seq.). Etsi Gregorii ex verbis non satis certe apparere videtur eum ipsum Platonis legisse Timaeum -- dicit enim *φασί* — *φασί*, tamen ex illo verbo *φασί*, quia in disputa-

<sup>1)</sup> Nyss. ad haec Platonis verba alludit II, 24 D 8, quo loco deum nominat: *ποιητὴν καὶ πατέρα*. Cf. Greg. Naz. I, 901 C 12 — (pag. 62). Philo de opif. m. 21 p. 6, 13 (Cohn). Cf. A. Jahn. Meth. plat. adn. 69; 728.

tione contra haereticum quendam exstat, colligi non potest Gregorium hanc Platonis sententiam non ex Timaeo, sed aliunde sumpsisse. Praeterea enim nonnulla inveniuntur, quae illam adiuvant opinionem Gregorium novisse Platonis Timaeum.

In libro enim de hominis officio cum animum per sensus meare et toto corpore simul efficacem esse dixit, eos errore captos esse explicat (I, 156 C) ,qui in corde animi principatum esse dicant (τὸ ἡγεμονικὸν ἐν καρδίᾳ' esse Stoici aiebant) quique in cerebro. Quos accuratius refutat D 6 seq.: ,οἱ τὸν ἐγκέφαλον ἀφιερῶντες τῷ λογισμῷ ὡσπερ ἀκρόπολιν τινα τοῦ παντὸς σώματος τὴν κεφαλὴν δεδομησθαι παρὰ τῆς φύσεως λέγουσιν, ἐνοικεῖν δὲ ταύτῃ καθάπερ ἰνὰ βασιλέα τὸν νοῦν οἷον ἰσὺν ἀγγελιαφόροις ἢ ὑπασπισταῖς τοῖς αἰσθητηρίοις'.

Eadem imagine, qua caput comparatur cum arce, usus est Plato in Tim. 70 A, quo loco singulis animae partibus suos assignat locos: rationalem partem locat in capite, irascibilem in pectore, concupiscibilem vero in ventre. Ea autem de causa iram propius ad caput locat — ἵνα . . . κοινῇ μετ' ἐκείνου (sc. λόγου) βίᾳ τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν κατέχοι γένος, ὅποι' ἐκ τῆς ἀκροπόλεως (sc. κεφαλῆς) τῷ ἐπιτάγματι καὶ λόγῳ μηδαμῇ πείθεσθαι ἐκὸν ἐθέλοι'.

Sed plura etiam ex toto hoc Timaei loco Nyssenus sumpsisse videtur. Plato enim inde a pag. 69 C deum ,τὰ θεῖα' ipsum creasse exponit. ,τῶν δὲ θνητῶν', pergit, ,τὴν γένεσιν τοῖς ἐαυτοῦ γεννήμασι δημιουργεῖν προσέταξεν. οἱ δὲ μιμούμενοι παραλαβόντες ἀρχὴν ψυχῆς ἀθάνατον, τὸ μετὰ τοῦτο θνητὸν σῶμα ἀντὶ περιετέρευσαν ὀχημά τε πᾶν τὸ σῶμα ἔδωσαν ἄλλοτε εἶδος ἐν αὐτῷ ψυχῆς προσσφκοδόμουν τὸ θνητὸν, δεινὰ . . . ἐν ἐαυτῷ παθήματα ἔχον, πρῶτον μὲν ἡδονὴν μέγιστον κακοῦ δέλεαρ'.

Ut illam Platonis sententiam, deum scilicet ceteros

creasse deos Gregorium iam respicientem vidimus, sic etiam Platonis utitur imagine, corpus animae vehiculum esse dicens. Quae perusitata similitudo (cf. A. Jahn, Method. plat. ad. 50; 713) iis apud Gregorium invenitur locis, quibus aliae ex Platone repetitae exstant sententiae: in libro de virg. III, 365 C 4: *ἔν ὄχημα τῆ ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ τῆς ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς πορείας ἐστὶ* . . . et in illo de an. et res. dialogo III, 45 B 7 de corporis dissolutione dicitur: *πολλαχῇ τοῦ ὀχύματος τῆ ψυχῇ διασπαρέντος*. (Cf. Bas. III, 549 A 1. — In libro de virg. etiam leguntur illa verba, quibus Plato *ἰδονὴν μέγιστον κακοῦ δέλεαρ* esse dicit, III, 401 B 8: *κανόνι χρησιέον . . . τῷ μήποτε προσθέσθαι ἰνὶ κατὰ ψυχὴν, ᾧ δέλεαρ τι ἡδονῆς καιαμέμικται*. Cf. Naz. I, 504 B/C. — Bas. III, 964 B 5.

Platonis praeterea imagine Nyssenus utitur in libro de virg. III, 364 B 1 — verbis: *ὄγκος τοῦ σώματος* — II, 41 C — II, 272 D 14.<sup>1)</sup> — Cf. Tim. 62 C: *ὄγκον σώματος*.

Timaeum imprimis Nyssenus respexisse videtur I, 337 B 5. Exposito enim: *τὴν ἔξωθεν quoque φιλοσοφίαν* (i. e. Plato) docere non solum animam immortalem esse, sed etiam de corporibus in corpora eam transire dicere, sic pergit: *δημιουργὸν αὐτὸν (θεὸν) εἶναι ὁμολογεῖ, ἀλλὰ ὕλης πρὸς δημιουργίαν δεόμενον. ἀγαθὸν τε καὶ δυνατὸν εἶναι δίδωσιν, ἀλλὰ παραχωρεῖν ἐν τοῖς ἄλλοις τῇ ἀνάγκῃ τῆς εἰσαρμένης*. Hoc modo Plato in Timaeo celeberrimis verbis deum dicit bonum esse et sine invidia (Tim. 29 E: *ἀγαθὸς ἦν (sc. θεὸς) ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποιε ἐγγίγνεται φθόνος*) creasse mundum ex materia non composita<sup>2)</sup>, ipsum vero deum fati necessi-

<sup>1)</sup> Cf. A. Jahn, Meth. plat. adn. 654.

<sup>2)</sup> Ad Tim. 28 C, 29 A seq., quo loco materiam a deo non creatam sed in ordinem tantum redactam atque exornatam esse Plato dicit, Naz. nonnullis respicit locis, quibus philosophos quosdam materiam aeternam putasse affirmat: II, 85 A 2, *τὴν ἀε-*

tati in multis cedere. (Cf. Tim. 41 E seq.) — Deum ἄφθονον esse multi post Platonem affirmabant philosophi: Philo, vol. III, p. 125 2/3 — IV, 231, 6 — Plotinus IV, 8, 6 etc. — Nyss. I, 1148 B 13: ,*φθόρον καθαρόν τὸ θεῖον.*‘ Naz. II, 40 B 9: ,*μακρὰν . . . τῆς θείας φύσεως φθόρος, τῆς . . . μόνης ἀγαθῆς.*‘ — Cf. Gottwald l. c. p. 25 seq.

Praeterea mihi non dubitandum esse videtur, quin ad Platonis respiciat sententiam, cum verbis Platonice animarum migrationem afferens dicat refutandam esse eorum doctrinam III, 116 B 9: ,*ὅσοις καταβαίνειν ἐκ γυναικείων σωμάτων πρὸς τὴν ἀνδρώδη ζῶην τὰς ψυχὰς δοκεῖ ἢ τὸ ἔμπαλιν ἐν γυναιξίν γίνεσθαι τὰ τῶν ἀνδρικῶν σωμάτων χωρισθείσας ψυχάς.*‘ Quae quamquam Pythagoraeorum communis est sententia et apud Empedoclem <sup>1)</sup> quoque invenitur, tamen alludere mihi videntur ad Plat. Tim. 90 E, ubi de animarum agitur migratione: ,*τῶν γενομένων ἀνδρῶν ὅσοι δειλοὶ καὶ τὸν βίον ἀδίκως διῆλθον, κατὰ λόγον τὸν εἰκότα γυναῖκες μετεγύοντο ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει . . .*‘ (cf. Phaed. 81 D seq.)

Nec minus quae infra haec verba Platonis sequitur sententia semen hominis ipsum animatum esse (91 A):

---

*χερόνον ὕλην*, inquit, *ὑποστᾶσαν σαφῶς ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τινες ἀγέννητον ἀναπλάττωσιν.* Quibus verbis Platonem maxime designatum esse apparet ex iis, quae paulo infra sequuntur: 88 B 9: ,*οὐκ ἂν συγχωρήσαιεν εἶναι μόνου θεοῦ τὸ ἀγέννητον, οἱ καὶ τὴν ὕλην καὶ τὴν ἰδέαν συνεισάγοντες ὡς ἀγέννητα.*‘ Cf. et alia et haec Platonis verba Tim. 29 A: ,*δῆλον ὡς πρὸς τὸ αἰδίων ἔβλεπεν (θεός).*‘ (Cf. Plot. Ennead. III, 2, 1).

<sup>1)</sup> ,*ἦ τοι μὲν γὰρ ἐγὼ γενόμεν κοῦρός τε κόρη τε | Σαμνός τ' οἰωνός τε καὶ ἐξ ἀλός ἔμπορος ἰχθύς.*‘ Nyss. ad hos Empedoclis versus quoque alludit III, 108 C seq. — Greg. Naz. eos sic reddit — una cum Platonis de animarum migratione verbis — (cf. pag. 36) III, 349 v. 32 sq.

*οὐ πινυτῶν ὄδῃ μῦθος . . . οἱ . . .*

*„Θῆρα, φυτόν, βροτόν, ὄφιν, ὄφιν, κίνα, ἰχθύν ἔτευξαν.“*

Cf. Plotin. Enn. IV, 8, 1.

ὁ δὲ (sc. μυελός i. e. σπέρμα ἀνθρώπου) . . . ἔμψυχος ὢν καὶ λαβῶν ἀναπνοήν' Gregorius utitur, cum III, 125 C dicit: ,τὸ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἀποσπώμενον πρὸς ἀνθρώπου φυτεῖαν, καὶ αὐτὸ τροπὸν τινὰ ζῶον εἶναι ἐξ ἐμψύχου ἔμψυχον, ἐκ τρεφομένου τρεφόμενον.'

Alia, quae magis ad verba congruunt cum Platonis Timaeo, ut III, 141 C: ,τὸ . . . ἐπίρρουτον τῆς φύσεως ἡμῶν καὶ τὸ ἀπόρρουτον' — Pl. Tim. 43 A: ,τὸ ἐπίρρουτον σῶμα καὶ ἀπόρρουτον' — hic omittam.

Ad sententias autem Platonis redeunt haec. Supra (cf. pag. 47) Nyssenum secundum Platonem putasse exposuimus malum non ex deo sed ex hominis libero existere arbitrio. Juxta illam autem sententiam alteram apud Platonem invenimus doctrinam malum invito homine ex boni inscientia sive ,διὰ πονηρὰν ἔξιν καὶ ἀπαίδευτον τροφήν' originem habere. Cf. Tim. 86 D: ,κακός . . . ἐκὼν οὐδεὶς. διὰ δὲ πονηρὰν ἔξιν καὶ ἀπαίδευτον τροφήν ἕκαστος γίγνεται κακός, παντὶ δὲ ταῦτα ἐχθρὰ καὶ ἄκοντι προσγίγνεται'. Protag. 345 B seq. malum homine invito ex inscientia (ἐπισιτήμης στερηθῆναι) oriri dicit. Cf. Leg. IX, 860 C — Zeller II, 1 p. 720 alias praeterea affert locos.

Quae duae sententiae simul apud Platonem exstant, neque hic locus est, quo eas coniungamus. Attamen Ritteri (in comment. ad Plat. Leg. pag. 275) rationem falsam esse puto, qui Platonem senem existimare dicit non ex libero hominis arbitrio existere malum sed invito eo. Equidem illas duas sententias, quamquam contrariae esse videntur, tamen coniungendas esse puto. Ex deo enim malum non oriri sed ex hominis voluntate Platonem existimasse satis perspicuum est. Quod hominis arbitrium liberum (ἀδέσποτον) quidem est, sed inscientia et eruditione mala ita affici atque commoveri potest, ut homines id, quod malum est, bonum esse putent, et id malum esse, quod bonum est. Homines autem nihil nisi bonum appetunt.

Alio quodam modo has duas, ut videtur, sententias Zeller l. c. pag. 720 inter se coniungit. Sed, ut antea Gregorium putasse vidimus malum ex hominis libero arbitrio oriri, sic etiam alteram eam Platonis sententiam in usum suum convertisse videtur. Nonnullis enim locis pellucet quasi illa sententia iuxta alteram (cf. p. 48), aliis vero plane exponitur. Sic III, 497 B 12 Nyssenus dicit omnibus hominibus insitam esse naturalem quandam ad bonum propensionem, et pergit: *ἡ περὶ τὸ ὄντως καλὸν ἀκρισία τὰ πολλὰ τῶν ἀμαρτανόμενων εἴωθεν ἐξεργάζεσθαι. ὡς εἶ γε πρόδηλον πᾶσιν ἢν ἐν ἀληθῶς ἀγαθόν, οὐκ ἄν . . . διημάρομεν'* (II, 545 D 1 ἐξ ἀβουλίας). II, 681 B 4, cum homines ἀπαιδεύτω καὶ μικροφνεῖ διανοίᾳ ad creaturae pulchritudines affecti sint, errores existere affirmat in veri boni cognitione (cf. I, 640 A 4). Item III, 348 C: *ὅταν πρὸς τὰ ἐλώδη σχῆ (ψυχῇ) τὴν ῥοπὴν ἐκ μοχθηρᾶς τινὸς καὶ ἀπαιδεύτου προσλήψεως.* Denique III, 372 A 10: *κακὸν . . . ἔξω προαιρέσεως κείμενον'* esse dicit. III, 64 D —

Eodem modo apud Basilium quoque duae illae exstant de mali origine sententiae. Illam, ex hominis libero arbitrio malum pendere, exponit velut III, 337 D 9: *τὸ μὲν οὖν κυρίως κακὸν ἡ ἀμαρτία . . . ἐκ τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως ἤρτηται,* (plane contrarium dictum illis Nysseni verbis *κακὸν ἔξω προαιρέσεως*) *ἐφ' ἡμῖν ὄντο: ἢ ἀπέχεσθαι τῆς πονηρίας ἢ μοχθηροῖς εἶναι.*

Alteram autem Platone auctore affert III, 345 A cum de primo homine sic disputat: *ἔξω . . . ἐνθάδε ἦν τοῦ παραδείσου . . . οὐκ ἐξ ἀνάγκης κακός, ἀλλ' ἐξ ἀβουλίας γενόμενος. διὰ τοῦτο καὶ ἡμαρτε μὲν διὰ μοχθηρὰν προαίρεσιν, ἀπέθανε δὲ διὰ τὴν ἀμαρτίαν. . .* Et paulo infra: *ὄνχι θεὸς ἔκτισε θάνατον, ἀλλ' ἡμεῖς ἑαυτοῖς ἐκ πονηρᾶς γνώμης ἐπεσπασάμεθα.*

Alia, quae ex Platonis Timaeo ad Basilium permanarunt, Leslie Shear l. c. iam attulit. Idem quoque exposuit, quo modo Basilium in libro, quem Hexaameron

inscripsit, Timaeo usus esset, nec habeo, quae de his addam. Sed ex eo, quod eo in libro neque Philonis (de mundi opif.) — ut fecit Ambrosius — neque patrum quorundam neque Platoniorum secutus est rationes, optime elucere mihi videtur, quantopere Platonem aliis praetulerit.

Eorum denique, quae Nazianzenus Timaeo debuit, multa iam protulit Gottwald. Cf. pag. 12; 18; 21; 28. Pauca addam. I, 649 B Nazianzenus exposita Christianorum rituum imitatione a Juliano excogitata cupere se dicit hanc imitationem tamquam in scena spectare: *ἐπὶ σκηνῆς θεωρῆσαι . . . ἴν', ὃ φησι Πλάτων περὶ τῆς ἐν λόγῳ πόλεως, ἴδωμεν κινουμένην αὐτῶν τὴν ἐπίνοιαν.* Quibus cum verbis Gottwald (p. 12) comparat Reip. verba: 450 A: *ὑσον λόγον πάλιν, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς, κινεῖτε περὶ τῆς πολιτείας.* Sed ad haec verba Naz. mihi non alludere videtur, dicit enim: *ὃ φησι Πλάτων περὶ τῆς ἐν λόγῳ πόλεως* — sed plane respicit Socratis verba in Timaeo p. 19 B dicta: *ἀκούοι' ἂν ἤδη τὰ μετὰ ταῦτα περὶ τῆς πολιτείας ἦν διήλθομεν, οἷόν τι πρὸς αὐτὴν πεπονθῶς τυγχάνω. προσέειπε δὲ δὴ τινί μοι τοιῷδε τὸ πάθος, οἷόν εἴ τις ζῶα καλά πον θεασάμενος, εἴτε ὑπὸ γραφῆς εἰργασμένα . . . εἰς ἐπιθυμίαν ἀφίκοιτο θεάσασθαι κινούμενά τε αὐτὰ — ταῦτόν καὶ ἐγὼ πέπονθα πρὸς τὴν πόλιν ἣν διήλθομεν.*

Ex Timaeo denique consuta sunt illa, quibus se eorum non assentiri dicit sententiae, qui providentiam ad omnia sese porrigere putaverint . . . *ἀλλὰ*, I, 901 C Nazianzenus pergit, *καὶ θεὸν εἶναι τὸν πάντων ποιητὴν καὶ δημιουργὸν πιστεύομεν. πῶς γὰρ ἂν ὑπέστη τὸ πᾶν μὴ τινος οὐσιώσαντός τε καὶ συναρμόσαντος; καὶ πρόνοιαν εἰσάγωμεν, τὴν τοῦδε τοῦ πανιὸς συνεκτικὴν τε καὶ συνδετικὴν, ἐπεὶ καὶ προνοητὴν εἶναι τούτων, ὧν ποιητὴν εἶναι ἀναγκαῖον. εἰ μὴ μέλλοι τὸ πᾶν τῷ αὐτομάτῳ φερόμενον . . . αὐτίκα . . . διασπασθῆσεσθαι διὰ τὴν ἀταξίαν τῆς ὕλης.*

Etsi Stoicorum imprimis talis de providentia fuit sententia (cf. Arnim frg. vet. Stoic. II, p. 322 seq. — Gottwald p. 27), tamen, quin ipsum Platonis Timaeum Nazianzenus respiciat, dubium esse non potest, cum istae locutiones insigni modo congruant cum Platonis. Conferas velim: τὸν πάντων ποιητὴν καὶ δημιουργόν (Tim. 28 A, 29 A) — ὑπέστη τὸ πᾶν (Tim. 29 D: δι' ἣν αἰτίαν . . . τὸ πᾶν τότε ὁ συνιστᾶς συνέστησε . . . 41 D, 33 A) . συναρμόσαντος (32 B: συναρμότουσιν — 35 A; 56 C, D) . πρόνοια (30 B/C: διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν — 44 C δι' ἧς τε αἰτίας καὶ προνοίας γέγονε (ψυχῇ) θεῶν — 45 A). συνέχειν (43 A τοῖς ἀλύτοις . . . συνείχοντι δεσμοῖς). συνδεῖν (31 C — 32 B (θεός) συνέδησεν καὶ συνεστήσατο οὐρανόν . . . etc.). μὴ μέλλοι τὸ πᾶν τῷ αὐτομάτῳ φερόμενον (cf. Tim. 28 A: πᾶν . . . τὸ γιγνομένον ὑπ' αἰτίου τινός ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι). ἀταξία τῆς ὕλης (Tim. 30 A: εἰς τάξιν αὐτὸ (τὸ πᾶν) ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας).<sup>4</sup> Verba, quae sunt: ὑφιστάναι, συνέχειν, συνδεῖν, eodem sensu saepe ab episcopis usurpantur — (cf. Gottwald p. 27 seq.)

Sed pergamus.

#### Cratylus

unus Platonis restat dialogus, quem Nyssenum legisse atque novisse breviter commemoremus.

Saepe Nyssenum iam vidimus in libro contra Eunomium insectari hunc episcopum, quod dogmata sua ac rationes Platonis firmavisset sententiis. Quod ei etiam opprobrium dat in iis, quae de rerum docuerat nominibus, a deo rebus nomina esse data (II, 1000 seq.). Qua quidem in ratione Gregorius inesse dicit dei laudem, sed falsam: 1001 C 5: ,ὁ γὰρ', inquit, ,πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐκ τοῦ μὴ ὄντιος ἀγαθὸν εἰς οὐσίαν πραγμάτων ἐστὶ δημιουργὸς ἐν ὑποστάσει θεωρουμένων, οὐκ ὀνομάτων ἀνυποστάτων ἐν φωνῆς ἤχῳ καὶ ψόφῳ γλώττης συνισταμένων.' Quodsi dicat Eunomius a deo appel-



lationes rebus esse data, hanc ex Platonis Cratylo sumpsisse sententiam eum his verbis obiurgat: 1045 C9: *ταῦτα Κρατύλῳ τάχα τῷ Πλατωνικῷ διαλόγῳ ἢ αὐτὸς ἐντυχὼν ἢ τινος τῶν ἐντετυχηκότων ἀκούσας διὰ τὴν πολλὴν οἶμαι πτωχείαν τῶν νοημάτων ἐρράπτει τοῖς ἰδίῳις λήροις τὰς ἐκεῖ φλυαρίας.*

Quodsi Gregorius Platonem existimare putat deum rebus nomina dedisse, haec Platonis non est sententia. Nam etsi maximam in partem rerum appellationes non ex arbitrio et voluntate cuiuslibet hominis exstitisse, sed a certo quodam verborum opifice data esse putat, sic ut rerum indicarent veram naturam et vim (*φύσει* sunt), tamen confitendum esse confirmat (p. 434 C — 435 C) consuetudines etiam et constituta multum ad rerum valere appellationes (*ῥέσει*).<sup>1)</sup>

Gregorius simili modo res secundum naturam et vim cuique inditam voce aliqua nominari putat — congruente autem subiectis appellatione secundum usitatam in quaque gente consuetudinem: 1001 C 9: *τὰ πράγματα, explicat, κατὰ τὴν ἐγκειμένην ἐκάστῳ φύσιν καὶ δύναμιν διὰ τινος σημαντικῆς φωνῆς ὀνομάζεται, κατὰ τὴν ἐπιχωριάζουσαν ἐν ἐκάστῳ ἔθνῳ συνήθειαν τῆς προσηγορίας τοῖς ὑποκειμένοις ἀρμοζομένης.* Quam a Platone aliqua ratione abhorrentem sententiam illustrat

<sup>1)</sup> Rectam sententiam esse Socrates dicit 390 E (cf. 383 A): *λέγων φύσει τὰ ὀνόματα εἶναι τοῖς πράγμασι, καὶ οὐ πάντα δημιουργὸν ὀνομάτων εἶναι, ἀλλὰ μόνον ἐκεῖνον τὸν ἀποβλέποντα εἰς τὸ τῆ φύσει ὄνομα ὄν ἐκάστῳ καὶ δυνάμενον αὐτοῦ τὸ εἶδος τιθεῖναι* . . . Et 438 C deum rebus dedisse nomina dicit: *οἶμαι . . . ἐγὼ, Cratylus dicit, τὸν ἀληθέστατον λόγον περὶ τούτων εἶναι . . . μείζω τινὰ δύναμιν εἶναι ἢ ἀνθρωπείαν τὴν δεμένην τὰ πρῶτα ὀνόματα τοῖς πράγμασι, ὥστε ἀναγκαῖον εἶναι αὐτὰ ὀρθῶς ἔχειν* . . . Socrates: *εἶτα οἶε, ἐναντία ἂν ἐτίθετο αὐτὸς αὐτῷ ὁ θεός, ὡν δαίμων τις ἢ θεός;* — De altera sententia conferas haec: Crat. 435 B: *ἐπειδὴ . . . ταῦτα συγχωροῦμεν . . . ἀναγκαῖόν που καὶ συνθήκην τε καὶ ἔθος συμβάλλεσθαι πρὸς δῆλωσιν, ὧν διαροοῦμενοι λέγομεν.*

exemplo quodam: in voce enim ‚caeli‘ (οὐρανός) et firmamenti (στερέωμα), quamvis una natura in utroque significetur nomine, tamen proprium quiddam eorum, quae in hac fiant creatura, nominum differentiam exprimere: ‚στερέωμα‘ (e. Gen. I, 6—8) dici 1004 A . . . ,ὅταν . . . τὸ πέρασ τῆς αἰσθητῆς κτίσεως ὑπογράφη ὁ λόγος . . . ὅταν δὲ τὴν ὑποκειμένων περιοχὴν ἐξετάσωμεν . . . οὐρανὸν τοῦτον προσαγορεύομεν τὸν τῶν ὀρατῶν πάντων ὄρον γινόμενον . . .‘ Quibus in verbis definitio quaedam inest caeli, quae etiam in Platonis exstat Cratylo ad eumque alludere videtur. 396 B, quo loco οὐρανός derivatur a verba ὄρᾶν.<sup>1)</sup>

Gregorii vero de nominum origine sententia plane abhorret a Platonis. Congruit quidem in eo cum Platone, quod rerum appellationes earum indicare putat naturas; sed Plato existimat consuetudinem multum ad rerum nomina valuisse, sic ut non omnes appellationes rerum naturam et vim indicent (cf. Zeller II, 1<sup>3</sup>, p. 529). Gregorius contra omnes appellationes rerum veram vim significare neque ulla falsas esse putat — consuetudini vero nullum adscribit momentum, nisi quod gentis cuiusdam nominandi consuetudo congruat cum appellationibus. Quodsi omnes appellationes rerum veram significare naturam existimat, ex eo factum est, quod nostram rationalem facultatem nomina excogitare putat. Omnis igitur homo ratione praeditus rebus nomina tribuere potest — 1044 B 3 seq. — 1005 D 6 seq; quae plane a Platone abhorret sententia.

Gregorius cum sine dubio Platonis noverit Cratylum, illis in sententiis non modo Eunomium sed etiam ipsius

<sup>1)</sup> Bas. eodem modo identidem vocem, quae est οὐρανός, derivat a verbo ὄρᾶν I, 72 B 7; 180 C 2; ‚οὐρανοῦ ἐνταῦθα παρὰ τὸ ὄρᾶσθαι τοῦ ἀέρος προσειρημένου‘. — Sed cum eadem etymologia non solum in aliis Platonis exstet dialogis (cf. Tim. 32 B; Rep. 509 D) et a Stoicis sit recepta, dubitari potest, num redeat ad Platonis Cratylum.

Platonis sententiam refutare mihi videtur; quo factum est, ut totam illam accuratam et verbosam instituerit disputationem. Nec minus in vocis ‚dei‘ etymologia, quae exstat in fragmento quodam Latino (III, 1125 C), Platonem secutus esse videtur, qui in Cratylo 397 D vocem derivat a verbo, quod est *θεειν*. Gregorius I. c. tres affert etymologias, quarum prima Platonis est, altera vero grammatica, tertia a Christianis facta esse videtur: „nomen deus actionem significat, a verbo enim *θεειν* deductum est, vel a verbo *θεασθαι*, quod cernat omnia (hanc praeferet etymologiam. Cf. II, 121 D 4 — 128 B/C — 1108 B 2: *ἐκ τοῦ θεασθαι θεὸς ὀνομάζεται*); vel a verbo *αἰθεειν*, quod improbitatem exurat ac perdat.“ Simili modo Naz. II, 128 A: *ἡ μὲν . . . τοῦ θεοῦ (κλήσις), καὶ ἀπὸ τοῦ θεειν ἢ αἰθεειν ἠτυμολόγηται τοῖς περὶ ταῦτα κομμοῖς, τὸ ἀεικίνητον καὶ διαπαρητικὸν τῶν μοχθηρῶν ἔξεων . . . λέγεται.* Quartam etymologiam addit Basiliius IV, 265 A 5: *παρὰ . . . τὸ θεεικέναι τὰ πάντα ἢ θεασθαι τὰ πάντα ὁ θεὸς ὀνομάζεται.*

In incerto denique relinquendum est, unde Nyssenius illam Heracliti sumpserit sententiam, quam saepius exponit I, 165 A; III, 141 B — neminem bis in idem flumen intrare posse. III, 141 B 12 hanc imaginem ad flammam transferens: *δὲς*, inquit, *κατὰ ταῦτὸν τῆς φλογὸς θίγοντα οὐκ ἔστι τῆς αὐτῆς τὸ δὲς ἄψασθαι . . . ἀλλ’ αἰεὶ καινὴ τε καὶ πρόσφατός ἐστιν ἡ φλόξ πάντοτε γινόμενη . . . καὶ οὐδέποτε ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μένουσα.* Plato huius Heracliti sententiae mentionem facit in Crat. 402 A: *καὶ ποταμοῦ ῥοῆ ἀπεικάζων (Ἡράκλειτος) τὰ ὄντα λέγει, ὡς δὲς ἐς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης.*

De Nazianzeno Basilioque pauca addam. Nazianzenus III, 68 C Platonis affert imaginem quandam, qua *σῶμα* nominatur *σημα* Corpus I. c. dicit contemnendum esse . . . *καὶ λύοντα τὴν ψυχὴν τοῦ εἴτε σώματος, εἴτε σήματος, κατ’ ἐκεῖνον* (sc. Platonem, quem antea

laudaverat) *εἰπεῖν ὄση δύναμις.* (cf. Gottwald p. 12). Sed utrum Cratylum respiciat an, quod equidem malim, Gorgiam, quem sine dubio novit (cf. pag. 4), certe diiudicari nequit. Cf. Crat. 400 C: *καὶ γὰρ σῆμά τινές γασιν αὐτὸ (σῶμα) εἶναι τῆς ψυχῆς* et Gorg. 493 A: *ἤκουσα ἰῶν σοφῶν (ab Orphicis), ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα.* (Cf. Plot. IV, 8, 1; 3.

Denique haec Basilii verba conferas velim cum Cratylī: Bas. III, 217, C 12: *αἷς γὰρ ἐστὶν ἀρειή, τυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐν διαχύσει ψυχῆς φαιδρὸν καὶ γεγανάμενον διάγειν*; — et Crat. 419 C: *χαρὰ δὲ τῆ διαχύσει . . . τῆς ῥοῆς τῆς ψυχῆς . . . κεκλημένη.*

Sed utrum Basilius Nazianzenusque Cratylum legerint an non, ex operibus eorum non satis apparet.

Apud Nyssenum nihil praeterea inveni, quod ad alios Platonis referri posset dialogos.<sup>1)</sup> Apparet igitur eum usum esse his sex Platonis dialogis: Phaedone, Phaedro, Convivio, Republica, Timaeo, Cratylō.

Neque apud Basilium certa exstant vestigia aliorum Platonis dialogum exceptis Phaedone, Phaedro, Republica, Timaeo, quibus antea eum usum esse demonstravi. Sed quamquam offendit, quod nullae praeterea apud Nyssenum Basiliumque inveniuntur Platonis sententiae ac rationes, tamen non solum fieri potest, ut alios quoque legerint dialogos, sed etiam de Basilio probari potest.

<sup>1)</sup> Unus exstat locus III, 48 A 6, qui cum Theaet. 173 E comparari potest. Nyssenus l. c. ait: *ἔξῃστι τῆ διανοία ὁμοῦ τε τὸν οὐρανὸν θεωρεῖν καὶ ἐπὶ τὰ πέρατα τοῦ κόσμου ταῖς πολυπραγμοσύναις ἐκτείνεσθαι καὶ οὐ διασπᾶται πρὸς τοσαύτη μῆκη τὸ θεωρητικὸν τῆς ψυχῆς διατεινόμενον.* (Sim. II, 41 C.) Quibus conf. sunt Theaet. verba 173 E: *ἡ διάνοια . . . πανταχῆ πέτεται κατὰ Πίνδαρον, τὰ τε γὰς ὑπέρθε καὶ τὰ ἐπίπεδα γεωμετροῦσα, οὐρανοῦ τε ὑπερ ἀστρονομοῦσα, καὶ πᾶσαν πάντη φύσιν ἐρευνημένη τῶν ὄντων ἐκάστου ὄλου εἰς τῶν ἔγγυς οὐδὲν συκαθίτσα.* Sed communis et frequens haec sententia fuisse videtur — cf. Hor. Carm. I, 28,5; Aërias tentasse domos animoque rotundum percurrisset polū.

In epist. enim 135 (IV, 512) de Platonis personarum disserentium usu disputans haec explicat: *Πλάτων . . . τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ λόγου ὁμοῦ μὲν τοῖς δόγμασι μάχεται, ὁμοῦ δὲ καὶ παρακαωμῶδει τὰ πρόσωπα, Θρασνμάχον μὲν τὸ θρασὺν καὶ ἰταμὸν διαβάλλων (ad Reip. libr. I. alludit), Ἴππίον δὲ τὸ κούφον τῆς διανοίας καὶ χαῦνον (duos, qui ex Hippia sophista nominati sunt, respicit dialogos), Πρωταγόρου τὸ ἀλαξονικὸν καὶ ὑπέρογκον (in Protag.). Ὅπου δὲ ἀόριστα πρόσωπα ἐπεισάγει τοῖς διαλόγοις τῆς μὲν εὐκρινείας ἔνεκεν τῶν πραγμάτων κέρηται τοῖς προσδιαλεγόμενοις, οὐδὲν δὲ ἕτερον ἐκ τῶν προσώπων ἐπεισκυκλεῖ ταῖς ὑποθέσεσιν. ὕπερ ἐποίησεν ἐν τοῖς Νόμοις.* Et hanc Platonis consuetudinem recipiendam esse dicit in dialogis scribendis.

Quibus ex verbis, quamquam nullo praeterea loco ad illos dialogos Basilus alludere videtur, tamen apparet eum Platonis Leges, Protagoram duosque ex Hippia nominatos dialogos legisse, nam aliunde eum illas de Platonis personarum usu sententias sumpsisse verisimile non est.

Exstant praeterea nonnulla, quae congruunt inter Platonem Basiliumque. In sermone de leg. libr. gentiliium III, 581 A 13 notam quandam de Danai filiis affert fabulam: *τῶν ἐν Ἄιδου κολαζομένων οὐδὲν πάσχοντες ἀνεκτότερον, ἀτεχνῶς εἰς πῦρ ζαίνοντες, καὶ κοσκίνῳ φέροντες ὕδωρ καὶ εἰς τετραγμένον ἡντιλοῦντες πίθον.*

Ad eandem fabulam Plato bis alludit: Rep. 363 D: *τοὺς ἀνοσίους . . . εἰς πηλὸν τινα κορύττουσιν ἐν Ἄιδου καὶ κοσκίνῳ ὕδωρ ἀναγκάζουσιν φέρειν*, et in Gorg. 493 B: *τῶν ἐν Ἄιδου . . . οὗτοι ἀθλιώτατοι ἂν εἶεν οἱ ἀμύητοι καὶ φοροῖεν εἰς τὸν τετραγμένον πίθον ὕδωρ ἐτέρῳ τοιούτῳ τετραγμένῳ κοσκίνῳ.* Sed quamquam illae Gorgiae verba plane similia sunt illis Basilianis, tamen Basilium ad ea redire non puto. Nam fabula illa Platonis verbis expressa ad alios scriptores permanasse et proverbii loco usurpata esse videtur.

Sic Lucian. Tim. 18 ait: ,ὥστε ἐς τὸν τῶν Δαναίδων πύθον ὑδροφορήσειεν μοι δοκῶ καὶ μάτην ἐπαντλήσειν,‘ quibus in verbis illud ,ἐπαντλήσειν‘ congruit cum Basillii voce, ,ἀντλοῦντες‘.

Nec aliter res se habet hac in imagine: Bas. III, 365 A 14: ,ὥσπερ πλοίου τὰ πηδαλία τῆς διανοίας ἰμῶν παραδόνται‘ — Clitopho. 408 A: . . ,καθ’ ἄπερ πλοίου παραδόντι τὰ πηδαλία τῆς διανοίας ἄλλφ.‘

Alia affert Shear l. c. passim.

Ex Nazianzeno nonnulla quoque huc referri possunt, quae affert Gottwald p. 13 ,γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, (Phaedr. 243 B) — p. 12: ,ἐν προθύροις‘ (Phileb. 64 B) aliaque.

Ceterum Nazianzenus praeter eos dialogos, quibus eum usum esse antea demonstravi (Phaedrum, Phaedonem, Convivium, Rempublicam, Timaeum) et Gorgiam legit dialogum (cf. p. 3 seq. et Gottwald. p. 8), et nonnulla apud eum cum Platonis sententiis e libris de legibus sumptis congruunt. I, 409 C 6 ait . . ,οὔτε . . τοῖς ἄλλοις ἀναρχίαν καὶ ἀταξίαν λυσιτελεσιτέραν οὐδα τάξεως καὶ ἀρχῆς, οὔτε ἀνθρώποις. ἀλλὰ τούτοις καὶ πίντων οὐχ ἦκιστα ὄσφ καὶ περὶ μειζόνων αὐτοῖς ὁ κίνδυνος.‘ Quibus verbis Naz. imitatus esse videtur Platonis ex XII. de leg. libro verba, 942 C: ,μελετητέον εὐθὺς ἐκ τῶν παίδων ἄρχειν τε ἄλλων, ἄρχεσθαι δ’ ὑφ’ ἑτέρων. τὴν δ’ ἀναρχίαν ἐξαιρετέον ἐκ παντός τοῦ βίου ἀπάντων τῶν ἀνθρώπων τε καὶ τῶν ὑπ’ ἀνθρώπους θηρίων.‘

De aliis conf. Gottwald pag. 13.

Denique loco quodam III, 701 ad Charmidem dialogum alludere mihi videtur. Verba sunt haec:

700 v. 286 . . ,καλὸν . . . Σωκράτους

τὸ ζῆν πενιχρῶς. τὰλλα δ’ ὡς ἀσχήμονα.

οἱ Χαρμίδαι τε καὶ σκέπη τριβωνίων,

ὑφ’ οἷς τὰ θεῖα τοῖς νέοις ὁ γεννάδας

συνῆν . . ‘ Scivisse igitur videtur Nazianzenus

in Charmide Platonis nonnulla inesse, ex quibus

Socratem *παιδεστικός* purum non fuisse colligi poterat.

Eum autem, qui Charmidem vel ut Basilius Hippias dialogos dignos putabat, quos legeret, et alios Platonis dialogos legisse verisimile est, etsi certa eorum vestigia non exstant.

Unum denique afferam. Nazianzenus permultis locis ex vita Platonis nonnulla affert, quibus eum cavilletur. (Cf. III, 703 v. 313 seq; I 568 B 11; I, 596 A 3; III, 811 v. 306 seq.) Neque Basilius neque Nyssenus tali modo philosophos carpunt, Nazianzenus autem, ut erat rhetor, et aliis philosophis obtretrat, cum eorum irridet acta et facta.

Attamen non solum Nyssenum Basiliumque sed etiam Nazianzenum permulta Platoni debere exposuimus. Nulla contra nobis visa sunt (excepto uno Nazianzeni loco cf. p. 11), quae ad ipsos redirent Platonicos, quorum ne nominum quidem mentionem habent. Quae res non fortuito facta esse potest, sed contendisse mihi videntur episcopi illi, ne Platoniorum adversariorum uterentur rationibus. Sed cum fieri non posset, quin cuiusquam philosophi rationes in dogmatis probandis sequerentur, Platonis utebantur sententiis, quia minime abhorrebant a Christianorum doctrinis. Platonem autem eo magis sequebantur, quod etiam alii qui antea fuerant patres huius rationes cum suis coniunxerant sententiis, nec minus, quod ipsi Platonici eum secuti erant. Sic enim magna parte earundem rationum atque adversarii utentes dogmata sua probare potuerunt sententiis, quas illi ipsi comprobaverant.

Sed in ipsis quoque Platoniorum disciplinis atque sententiis inesse videtur, cur ab episcopis omissa sint. Platonici enim nullam partem philosophiae exponunt, nisi eam, quae est de rebus divinis iisque, quae sensibus non percipiuntur. Eae autem doctrinae, quae de rerum natura, de psychologia, de dialectica et morali

philosophiae parte sunt, omnino fere non tangunt. Quo factum est, ut ii, qui diligentius has res cognoscere volebant, ad eos redirent philosophos, qui de his rebus accuratius rettulerunt.

Accedit vero, quod magna pars illarum quas exponunt rationum non solum non ipsorum est Platoniorum, sed etiam perquam obscure est explanata. Platonis contra et Philonis Judaei sententiae — nam et Philonem secuti sunt — multo magis apertae ad intellegendum et proprioeres erant Christianorum doctrinis.

Denique eos dictionis quadam elegantia adductos ad Platonem ipsum magistrum, ut ita dicam, rediisse apparet ex locis compluribus, quibus Platonis laudant *καλλιφωνίαν* et *ειγλωττίαν* — cf. Nyss. II, 1045 D; II, 813 C — Bas. IV, 1092 C 10 et maxime IV, 572, ep. 135 (cf. pag. 68). Naz. III, 1188 v. 305. — Adhuc autem illa Nazianzeni de Platonis dictione vigent verba (III, 684 v. 43):

. . . ,Πλάτωνος γλῶσσαν, ἢ μελισσαγῆς  
ἔστι τε καὶ νομίζετ' ἀνθρώπων γένει.'



## Vita.

---


Natus sum Carolus Gronau a. d. III. Non. Sept. a. MDCCCLXXXV in vico Brunsvicensi, cui nomen est Trautenstein, patre Carolo, matre Martha e gente Reimers. Fidei addictus sum evangelicae.

Litterarum fundamentis a patre positis gymnasium frequentavi Guillelmeum Brunsvicense, cui praeerat litterarum optimus fautor Dauber. Cuius et aliorum egregiorum virorum, imprimis Francisci Hahne, disciplinis institutus vere anni MCMIV, maturitatis testimonium adeptus sum. Primum Gottingae studiis veterum linguarum me dedi, deinde vere anni MCMV Tubingam me contuli, cuius universitatis per unum semestre fui sodalis. Gottingae deinde studia continuavi.

Docuerunt me viri doctissimi: Gundermann, Schmitt, Schwabe Tubingenses; Bonwetsch, Bousset, Knoke, Smend; Baumann, Goedeckemeyer; Leo, Pohlenz, Schwartz, Wackernagel Gottingenses. Proseminarii regii philologorum Gottingensium sodalis fui per duo semestria; seminarii Tubingensis per unum, Gottingensis per tria semestria, quorum per unum senior. Seminarii theologici sodalis fui per unum semestre moderante Smend, per alterum moderante Bonwetsch. Ut exercitationibus interesset philosophicis Baumann, grammaticis Wackernagel benigne concesserunt.

Quibus viris bene de me meritis iustas ac debitas ago gratias. Plurimum vero debeo cum Friderico Leo et Maximiliano Pohlenz, tum Eduardo Schwartz, qui hoc in opusculo conficiendo optime mihi consuluit.

---



**RETURN TO → CIRCULATION DEPARTMENT  
202 Main Library**

<b>LOAN PERIOD 1 HOME USE</b>	2	3
4	5	6

**ALL BOOKS MAY BE RECALLED AFTER 7 DAYS**  
RENEWALS AND RECHARGES MAY BE MADE 4 DAYS PRIOR TO DUE DATE.  
LOAN PERIODS ARE 1-MONTH, 3-MONTHS, AND 1-YEAR.  
RENEWALS: CALL (415) 642-3405

**DUE AS STAMPED BELOW**

**JUN 09 1988**  
**AUTO DISC. NOV 10 '83**


YC 29

U.C. BERKELEY LIBRARIES



C005401153

676627

BR

65

B3667

UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY



